um ⁊ in innaturalem.in feb.ergo non eſt caloꝛ naturalis nec tem
peratus.ſed digeſtio non fit niſi a calido naturali ⁊ temperato.
ergo in febꝛibus putridis non poteſt fieri digeſtio.¶ In con-
trarium arguitur.quia natura eſt omniū operatrix.ergo omnis
materia poteſt digeri a natura.

**Conſequenter** queritur vtrum digeſtio fiat a cali
do radicali vel fluente.⁊ videtur
ꝙ a radicali.qꝛ materia moꝛbi eſt particularis.ergo digeritur a
cauſa particulari.ſed radicalis eſt particularis ⁊ pꝛopꝛius mem
bꝛo ⁊ influens omnibus membꝛis vniuerſaliter:⁊ fluēs de mē-
bꝛo in membꝛum.ergo ⁊c.¶ Item auic.in pꝛimo dicit ꝙ idem
caloꝛ digerit cibum ⁊ materiā moꝛbi.ſed radicalis digerit cibuꝫ
⁊ non fluens.qꝛ ſi influens digereret:ipſe non daret niſi foꝛmaꝫ
coꝛdi cum ibi generetur:⁊ eius complexionem habeat.ſed hoc
eſt falſum.ergo ⁊c.¶ Sed contra.agens eſt i actu:⁊ fluens eſt i
actu.radicalis in potentia ſoluꝫ ⁊ ſopitus.ergo ⁊c.¶ Item vi-
detur ꝙ influens digerat:lꝫ vterqꝫ digerat.qꝛ calidum influens
vniuerſalis eſt:⁊ radicalis particularis.⁊ cauſa vniuerſalis plus
influit in ſuuꝫ effectuꝫ q̄ꝫ particularis.ergo fluens plus facit ad
digeſtionem q̄ꝫ radicalis.

**Solutio** ad pꝛimam queſtionē.dico ꝙ omnis materia
a caloꝛe poteſt digeri.niſi ſua malitia reſiſtat ⁊
egeat auxilio medici.vnde caloꝛ naturalis digerit tā māꝫ ca͂lam
q̄ꝫ frigidam.ſed tamen differenter:qꝛ infrigidata digerit alteran
do tantū:⁊ ſic via alterationis.ſed caloꝛ naturalis digerit mate-
riam calidam partes calidioꝛes expellendo ⁊ expirare faciendo p
modum fumi ⁊ vapoꝛis.⁊ ita reſiduuꝫ materie quod remanet
infrigidando.dupliciter enim materia calida poteſt infrigidari.
vno modo partes calidioꝛes expellendo in fumum ⁊ vapoꝛeꝫ.
⁊ ita reſiduuꝫ qđ remanet infrigidando.⁊ ita materia calida in-
frigidatur a caloꝛe naturali nociuum expellendo. Secūdo mo
do materia calida poteſt infrigidari ſola alteratione.⁊ ita infrigi
datur a frigido.vnde caloꝛ digerit tam materiaꝫ calidam q̄ꝫ fri
gidam.ſed non eadem via:ſed diuerſa ſicut dictum eſt.ſed frigi
dum non digerit niſi vnam materiam tantū.ſ.calidā.⁊ vno mo
do tantū.ſ.alterando.Dico ergo ꝙ quelibet materia digeritur
a calido:non inq̄ꝫtum calidum:ſed inquantū naturalis.¶ Ad
pꝛimum dico ꝙ omnis cura fit per contrariuꝫ non a contrario.
in foꝛma:ſed in effectu ⁊ operatione:⁊ ab inducente contrariuꝫ.
⁊ ideo non opoꝛtet ꝙ caloꝛ curetur per frigidum:ſed per infrigi
dans.¶ Ad aliud dico ꝙ lꝫ caloꝛ fiat innaturalis:tamen aliqd
retinet naturaliter ſm ꝙ ipſe poteſt aliquaꝫ materiam digerere
in longo tempoꝛe.quam naturalis caloꝛ ⁊ temperatus digereret
tempoꝛe bꝛeuioꝛi.¶ Ad ſecundam queſtionem dicendum:ꝙ
eam ſoluit auic.in pꝛimo capitulo de mēbꝛis.ibi enim dicit auic.
ſi cibus eſſet in mēbꝛis ⁊ via coꝛdis eſſet clauſa exiſtens in mem
bꝛis non digereretur.qꝛ caloꝛ fluens non diffunderetur a coꝛde.
⁊ pꝛopter hoc dico ꝙ digeritur ab vtroque.⁊ ꝙ aliquando alte
ratur.⁊ opoꝛtet vt alteretur a tali re ꝙ inducat complexionem
membꝛi:vt per eam poſſit recipere membꝛi foꝛmam.Caloꝛ aūt
radicalis non īmediate poteſt cibum alterare cum ſit in pꝛofun
do membꝛoꝛum ſolidoꝛum:⁊ non tangens cibum.⁊ caloꝛ fluēs
de ſe ſatis ſufficienter alterat cibuꝫ.ſed ipſe ſufficienter non alte
rat cibum alteratione inducente foꝛmam conſimilem complexi
oni membꝛi.Sed opoꝛtet ꝙ caloꝛ influens infoꝛmetur ⁊ regu
letur a caloꝛe radicali.⁊ tunc influens eſt eiuſdem nature cuꝫ ra
dicali.qꝛ caloꝛ ſic rectus alterat cibum alteratione inducente foꝛ
mam membꝛi.Dico ergo ꝙ vterqꝫ caloꝛ digereret cibum.ſed
differenter.nam influens digerit inſtrumentaliter:⁊ radicalis ſi
cut pꝛincipale agens regulando digeſtionem.¶ Item radicalis
inducit foꝛmam membꝛi:⁊ non influens niſi reguletur a radica
li.dico ergo ꝙ radicalis digerit pꝛincipalius.¶ Ad pꝛimum di
co ꝙ ipſe ſupponit falſum cum dicit ꝙ caloꝛ radicalis ſopitus
eſt.hoc eſt falſum.ſed eſt actu:lꝫ non ſit actu ſicut influens vt
in ſincopizante:dico ꝙ caloꝛ eſt actu lꝫ ſit debilis non apparens.
¶ Ad aliud dico ꝙ cauſa vniuerſalis cum tunc ſit regularis:
plus in cauſatum influit q̄ꝫ particularis.ſed ſi particularis ſit re
gulans vniuerſalitatem.⁊ non econtra:non opoꝛtet ꝙ tūc plus
influat.⁊ ſic eſt hic.ideo non valet.

**Sirupus** de abſinthio ⁊c.coquatur abſinthium aqua
⁊ ponatur poſt zuccarum.⁊ poteſt fieri cum
melle duobus modis.vno modo ſic.accipe ro.⁊ abſin.equalit
⁊ ponatur in aqua ⁊ coquatur ad partem quartam.⁊ ponas ter
tiam partem mellis:⁊ quartam vini aromatici.⁊ eſt multuꝫ bo
num.¶ Scđo modo ſic.℞.abſinthii parteꝫ vnam:⁊ duas ci-
coꝛee:⁊ fiat ſirupus:ſicut pꝛius.hoc multum valet ad confoꝛtan
dum ſtōm ⁊ epar:deopilando ipꝫ ꝯſtringendo:deopilādo pu ⁊
eius venas:vel per eius ſubtilitatem ⁊ caliditatem omnes epa
tis partes que ſunt ſanguinee cum epar ſit ſanguis coagulatus
in conſtringendo per ſuam ſtipticitatem.⁊ hoc ipſum idem deſic
cat conſtringendo.ſed venas eius aperit ⁊ diuidit.auic.dicit ꝙ
multum confert ydꝛopicis ex calida cauſa:⁊ coleram euacuat ⁊
iuuat ſtomacum.

**Sirupus** de fumo terre generaliter conuenit omni im
petigini:omni ſcabiei:mundificat ſtomacū:
epar:⁊ renes purgat.℞.mirobalanoꝛum omnium:ana.ʒ.x.ſene
mirre gētiane:baccarum lauri.anā.ʒ.i.⁊ epitimi:cuſcute:abſinthij
tini epatice vtriuſqꝫ lapacij:ſcabioſe:enule:boraginis:radicis
apij:maratri:ana.ʒ.xx.liquiritie:polipodij:an.ʒ.x.tamarindi:caſ
ſie fiſtule mundate:ana.ʒ.iii.vuarum paſſarū.℥.i.ro.mānc:viol.
ana.℥.i.pꝛunoꝛum numero.xl.ſucci de fumo terre:⁊ boraginis
quantum ſufficit.ſaniationem mundificat:⁊ etiam venas epar
aperit ⁊ deopilat ⁊ laxat ventrem ⁊ coleraꝫ euacuat ⁊ confoꝛtat.
⁊ valet contra lepꝛam ⁊ ſcabiem:⁊ ſimilia.

**Sirupus** de boꝛagine eſt triſtitiam mitigans mundifi
cans ſanguinem:letitiaꝫ pꝛouocans ⁊ memo
riam.ideo valet contra cardiacas paſſiones.⁊ fit ſicut ſirupus đ
fumo terre.Similiter poteſt fieri ſirupus de citonijs ⁊ ēt ſirup⁹
de mirto:⁊ aliquando de multis alijs rebus:etiam quomodo
debeāt fieri pꝫ ex pꝛedictis.qꝛ fiunt ſicut pꝛedicti ſirupi.

**Quia** dicit Ariſto.in lib.de animalibus:ꝙ quando ratio
concoꝛdat ſenſui:tunc eſt perfecta cognitio:⁊ cū de
claratum ſit de cognitione medicinarum ſimplicium per experi
mentum:cuius pꝛincipia cognoſcuntur ſenſu.Nunc debemus
dicere de cognitiōe medicinaꝝ:p rōneꝫ cuius pꝛincipia cogno
ſcuntur intellectu.Et ſunt quatuoꝛ rationes per quas medici
ne ſimplices cognoſcuntur.Pꝛima ſumitur ex ſubſtantia medi
cine ſimpliciter.Secūda ex ſapoꝛe eius.Tertia ab odoꝛe.Quar
to a caloꝛe eius.Et pꝛimo dicemus de ratione ſumpta a ſubſtā
tia medicinarum ſimplicium.Sed ſciendum ꝙ ſubſtantia ē no
men equiuocum.naꝫ ſubſtantia vno modo eſt res de pꝛedicamē
to ſubſtantie.⁊ ſic vtitur hoc nomine ſubſtantia logicus.⁊ aliqñ
ſumitur ſubſtantia pꝛo poſitione partium in toto.⁊ hoc modo
vtitur hoc nomine ſubſtantia medicus.⁊ ita intendimus đ ſub
ſtantia.⁊ ſubſtantia diuiditur per rarum ⁊ denſū.ſubſtantia aūt
rara cito inflāmabilis eſt:cum ipſa ſit vacua.i.aere plena.Res
enim poteſt cito inflāmari:vel qꝛ rara vel qꝛ calida.vnde nō ſe
quitur.hec res cito inflāmatur.ergo eſt calida.ſimiliter nō ſequi
tur.hec res cito inflāmatur.ergo eſt rara.ſed bene ſequitur.hec
res cito inflāmatur.ergo eſt rara vel calida.Similiter ſequitur.
duarum rerum eiuſdem ſubſtantie.i.eiuſdem raritatis:que ci-
tius inflāmaꝛ eſt calidioꝛ alia:qꝛ ea nō citi⁹ inflāmatur ꝓ maio
ri raritate cum ipſe ſint eiuſdem ſubſtantie.i.equalis raritatis.
vnde Galie.in tegni dicit.ſi coꝛpus humanum cito inflāmatur
ipſum eſt rarum vel potentia calidum.¶ Item poteſt cito infri
gidari.vel qꝛ rarum ⁊ cito paſſibile.vel qꝛ potentia frigidum.
vnde non ſequitur.hoc cito infrigidatur.ergo eſt potentia frigi
dum.ſed ſequitur.hoc cito infrigidatur.ergo eſt rarū ⁊ cito paſ-
ſibile vel potentia frigidum.¶ Item ſi ſint due res quaruꝫ vna
eſt rara ⁊ alia denſa.ſi denſa citius infrigidatur:ipſa eſt frigidioꝛ.
ſed ſi rara citius infrigidatur:non opoꝛtet ꝙ ipſa ſit frigidioꝛ.
Similiter denſum tarde caleſit ⁊ inflāmatur.vel qꝛ denſum:vel
qꝛ potentia frigidum.vnde nō ſequitur.hoc infrigidatur.ergo
eſt potentia frigidum.ſed ſequitur.hoc tarde infrigidatur.ergo
eſt denſum vel potentia frigidum.Similiter ſequitur.duarum
rerum eiuſdem ſubſtantie.i.equalis denſitatis:que tardius in-
flāmatur eſt frigidioꝛ.qꝛ nō tardius inflāmatur pꝛo maioꝛi den-
ſitatem cum ipſe ſint eiuſdem ſubſtantie.i.eiuſdem denſitatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0556-9
DFG

¶ Item res tarde infrigidatur: vel qꝛ denſa vel qꝛ potentia calida. vnde non ſequitur. hoc tarde infrigidatur. ergo ē denſum. Nec ſimiliter ſequitur. hoc tarde infrigidatur. ergo eſt potentia calidum. ſed ſequitur. hoc tarde infrigidatur. ergo eſt denſum vl potentia calidum. Similiter ſequitur. duarum rerum que ſunt eiuſdem ſubſtantie. i. equalis denſitatis que tardius infrigidatur eſt potentia calidioꝛ. ¶ Item ſi ſunt due res quarum vna ē rara alia denſa ſi denſa: citius inflāmatur ipſa eſt calidioꝛ. qꝛ denſitas non facit eam citius inflāmabilem. ſed ſi rara citius inflammaretur: non opoꝛtet ꝙ ipſa ſit calidioꝛ. qꝛ ſi rara tardius inflāmatur ipſa eſt frigidioꝛ. ¶ Item ſciendum ꝙ rarum non eſt inflāmabile: niſi qꝛ potentia frigidum. ſimiliter rarum non eſt cito infrigidabile: niſi qꝛ potentia calidum. ¶ Item ſciendum ꝙ rarum cito eſt inflāmabile niſi impediatur per potentialem frigiditatem: rarum in eo ꝙ rarum cito paſſibile eſt: ꝛ denſū tarde.

**Conſequenter** dicamus de cognitione ſumpta a ſapoꝛe medicinarum ſimplicium. ꝛ ſciendum ꝙ ꝑ ſapoꝛes melius iudicamus cōplexionem medicinarum ſimplicium q̄ȝ per odoꝛes cuius cauſa eſt. quia ſi medicina que habet duos ſapoꝛes: ſicut dulce ꝛ acutum ponatur in oꝛe ſupꝛa linguaȝ: ille ſapoꝛ qui cauſatur a pꝛincipalioꝛi complexione ꝛ eam ſequitur vincet immutatione. ꝛ tunc lingua plus de eo iudicabit: ꝛ de complexione ad quam ipſe ſequitur q̄ȝ de alio: ꝛ de complexione ad quam alter ſequitur. ¶ Item ſi vna res non habet niſi vnum ſapoꝛem: ſignum eſt ꝙ non habet niſi vnam complexionem ad quam iſte ſapoꝛ ſequitur. ſic ergo manifeſtum eſt ꝙ ſapoꝛ quando eſt vnus tantū non eſt niſi vna complexio in toto que neceſſario eſt ei pꝛincipalis. ꝛ quādo ſunt duo ſapoꝛes in eadem re: ille qui plus imutat guſtum: ſequitur complexionem pꝛincipalem rei. ꝛ ſic per ſapoꝛem deuenimus in cognitionem complexionis medicinarum. ſed non per odoꝛem ita faciliter. quia odor quem olphatus percipit: non ſequitur cōplexionem pꝛincipalem totalem rei. qꝛ non ſequitur totalē rem nec partem eius maioꝛeȝ: ſed ſequitur eius minimam partem. ſ. ſubtilem que eſt fumus: qꝛ odoꝛ eſt fumalis euapoꝛatio ſecūdū Ariſto. ꝛ ideo lȝ odoꝛ atteſtetur ſupꝛa cognitionem minime partis rei. non tamen atteſtatur ſupꝛa cognitionem totalem: neque ſupꝛa cognitionem plurium partium rei. ideo non atteſtatur ſupꝛa cognitionem pꝛincipalem. ꝛ lȝ per ſapoꝛem melius iudicemus de cōplexione rei q̄ȝ per odoꝛem. tamen ſapoꝛ aliquando ē mendax: qꝛ opium eſt frigidum: tamen ipſum eſt amarum: ꝛ ſapoꝛ amarus eſt calidus. ideo ſapoꝛ opii cum ipm̄ ſignificat eē calidum: falſo illud ſignificat cum ipſum ſit frigidum. Sed ille error raro aut nunq̄ȝ accidit in coꝛpoꝛibus calide complexionis. In eis enim nunq̄ȝ dominatur ſapoꝛ frigidus: ſed calidus. Sed ī coꝛpoꝛibus frigidis iſte erroꝛ frequenter accidit. in eis enim aliquando ſapoꝛ calidus dominatur. ſ. amarus. ꝛ cauſa huius eſt: quia caliditas eſt qualitas magis actiua q̄ȝ frigiditas. ideo ī complexione calida caliditas non permittit dominari frigiduȝ ſapoꝛem. ꝛ in complexione frigida frigidum non poteſt pꝛohibere: quin in ea dominetur ſapoꝛ calidus. ¶ Item alia cauſa poteſt eſſe: quia ſapoꝛes calidi ſunt magis īmutatiui cum maioꝛi etiaȝ delectatione ꝛ triſtitia q̄ȝ ſapoꝛes frigidi. ideo ſapoꝛes calidi tam in re calida q̄ȝ in re frigida magis impediunt perceptioneȝ ſapoꝛum frigidoꝛuȝ q̄ȝ econtra. ꝛ cauſa quare ſapoꝛes calidi ſunt magis imutatiui cum delectatione ꝛ triſtitia eſt: quia calidi a cauſa magis actiua cauſantur que eſt caliditas. ꝛ frigidi a cauſa minus actiua que eſt frigiditas. ¶ Item ſciendum ꝙ noueȝ ſunt ſapoꝛes. ſ. acutus: amarus: ſalſus: vnctuoſus: dulcis: ponticus: ſtipticus: inſipidus: ꝛ acetoſus. Et hoꝛum ſapoꝛum ſtipticus: pōticus: ꝛ inſipidus: ꝛ acetoſus cauſantur a frigido tanq̄ȝ a propinqua cauſa. lȝ enim acetoſus poſſit cauſari a calido tanq̄ȝ a cauſa remota: tamen ipſe ſemper cauſatur a frigido tanq̄ȝ a cauſa pꝛopinqua. Sed dulcis: ꝛ amarus: vnctuoſus: ſalſus: ꝛ acutus cauſantur a calido. ſed dulcis ꝛ vnctuoſus conueniunt coꝛpoꝛi humano in gradu. ſed ſalſus acutus ꝛ amarus ſunt eleuati ī gradu ſupꝛa complxonem humanam q̄tum ad caliditatem.

**Conſequenter** dicamus de ratiōe ſumpta ab odoꝛe medicinarum ſimpliciū. ¶ Notandum pꝛimo de odoꝛe: quia omne odoꝛiferum eſt caliduȝ: niſi multam roꝛalem humiditatem habeat impedientem ſuam caliditatem: ſicut nenufar ꝛ viola. ¶ Secunda regula eſt hec. aliquando per odoꝛem vini ſapoꝛis habentem nos cognoſcimus ſimplices medicinas ꝛ earum complexiodem per odoꝛem dulcem: ꝛ odoꝛem ponticum: ꝛ ſic de aliis odoꝛum nominibus. illarum ſpecierum ſapoꝛum quarum habent virtutes. ¶ Tertia regula eſt hec. homo male odoꝛat quia habet malum olphatum. huius autem ſunt tres cauſe. Pꝛima quia inſtrumentum olphatus eſt coopertum aliqua pellicula quam opoꝛtet eleuare per aerem vel fumum inſpiratum anteq̄ȝ odoꝛemus. Secunda cauſa eſt quia inſtrumentum olphatus eſt in pꝛofundo poſituȝ intra caput. Tertia cauſa eſt. quia inſtrumentum olphatus eſt pꝛope cerebꝛum quod ſua humiditate frangit inſtrumentum olphatus ſiue complexionem naturalem ipſius que eſt ſicca. ꝑpter illas tres cauſas homo habet peioꝛem olphatum ceteris animalibus.

**Conſequenter** dicamus de ratione ſumpta a coloꝛibus. per coloꝛes enim cognoſcuntur ſimplices medicine ꝛ earum complexiones. ſed inſufficienter ꝛ incomplete. Videmus enim vt in pluribus album frigidum ꝛ calidum rubeum. non tamen omne albuȝ eſt frigidum nec omne rubeum calidum. ſed omne album dummodo ſit humidum eſt frigidum: ſicut lac vacce. ſimiliter omnis res rubea vel nigra dummodo ſit ſicca ipſa eſt calida. ¶ Item in rebus eiuſdem coloꝛis ſicut cepe quod eſt rubeum illud quod eſt albius eſt frigidius: ꝛ quod eſt citrinius eſt calidius. ſicut eſt de cepe. ſic dicimus de vino. quia vinum albius eſt frigidius. magis rubeum eſt magis calidum. tamen vinum poteſt eſſe rubeum dupliciter. vno modo per actionem calidi. alio modo per commixtionem partium terreſtrium rubearum cū eo: ſicut homines album vinum faciunt rubeum ex remanentia ipſius vini cum achinio. quia partes terreſtres achinii rubee cum vino albo commixte faciunt vinum rubeum. pꝛimo modo eſt calidius q̄ȝ vinum album: ꝛ etiam res rubea pꝛimo modo rubedinis eſt calida de natura. ſed rubea ſecundo modo eſt non calida de natura: ſicut lac vacce eſt frigidum. ſi tamen parum croci admiſceatur cum eo: tunc fiet rubeum vel citrinum: non tamen pꝛopter hoc erit calidum. ¶ Sed poteſt queri quomodo vna res poteſt eſſe calida ꝛ alba: ſicut eſt eufoꝛbium: ꝛ rubea frigida ſicut ē roſa. ¶ Reſpondet auic. ſic: ꝙ duplex eſt compoſitio. pꝛima q̄ eſt ex elementis. ſecunda que eſt ex mixtis. q̄tū ad pꝛimam complexionem nulla res alba poteſt eſſe calida: ꝛ nulla rubea poteſt eſſe frigida. ſed quantum ad compoſitionem ſecundam aliqua res alba poteſt eſſe calida: ꝛ aliqua rubea poteſt eſſe frigida. Et ſic patet quomodo poſſibile eſt ꝙ aliqua res miſceatur ex re alba frigida: ꝛ ex nigra calida. ꝛ ī mixto ſit plus de ſubſtantia alba frigida: ꝛ minus de nigra calida. quia niger coloꝛ plus vincit q̄ȝ albus. ideo fiet ex eis coloꝛ medius. ſ. rubeus tn̄ totum ſit frigidum dominio cum frigiditas ibi dominetur. Similiter poſſibile eſt ꝙ ex re non habente manifeſtū coloꝛē frigida: ſicut criſtallus: ꝛ ex re rubea calida aliquod mixtum fiat: ita ꝙ ibi ſit plus de criſtallo ꝛ minus de rubeo totum erit rubeum frigidum: cuȝ criſtallus dominetur in quantitate ꝛ q̄tum ad dare complexionem. ſed rubeum dominatur in dando coloꝛem rubeum: ſicut eſt de roſa. roſa enim eſt compoſita ex ſubſtantia calida rubea pauca que non dominatur quantitatiue neq̄ȝ ſubſtantia. ſed in dando coloꝛem tantum: ꝛ ex ſubſtantia frigida multa ꝛ nō manifeſti coloꝛis que dominatur quantitatiue in ſubſtantia roſe ꝛ non reſpectu coloꝛis: ꝛ q̄tum ad dominium quantitatis dominatur complexio non coloꝛ. ꝛ ideo per coloꝛem male iudicamꝰ complexionem rei. ſ. aliquas res albas: tamen calidas: ſicut lac eufoꝛbii: quoniam eſt album: tamen ipſum eſt calidum.

**Superius** determinatum eſt de octo ſirupis. nunc dicamus de aliis. ꝛ pꝛimo dicamus de ſirupo de abſinthio. Abſinthium eſt radix ꝛ baſis in ſirupo. ꝛ eſt hec herba multum nota multas habens ſpecies: ꝛ virtus eius ī ſucco eius maxime dominatur. ꝛ hec herba eſt calida ꝛ ſicca in ſecūdo gradu. ſed eius ſuccus eſt calidioꝛ ꝛ ſiccioꝛ q̄ȝ eius ſubſtantia. ꝛ eſt ſtipticum mediocriter pꝛo aliqua eius ſubſtantia in ea exiſtente frigida. Similiter ipſum eſt amarum pꝛo aliqua eius parte ſubtili calida exiſtente in ſuperficie: ꝛ iuuat ſtomacum ipſum deopilando: ꝛ ipſum conſtringendo: deopilando paruas eius venas per eius caliditatem ꝛ ſubtilitatem: ꝛ omnes partes epatis que ſunt ſine ſanguine: cum epar ſit ſanguis coagulatus: conſtringendo per ſuam ſtipticitatem: ꝛ etiam per hoc idem deſiccat conſtringendo: ſed venas eius aperit. ꝛ dicit auic. ꝙ multum valet ydropicis ex ea cauſa: ꝛ euacuat coleraȝ abſq̄ eo ꝙ flegma euacuet: ꝛ iuuat ſtomacum ꝛ nocet capiti per ſuam caliditatem ꝛ ſiccitatem moꝛdicantem ꝛ reſoluentem fumos ad caput. Sed quomodo hoc ſit poſſibile cum caput ſtomaco comparatur. dico ꝙ confoꝛtat ſtomacum per ſuam ſtipticitatem conſtringentem: ꝛ nocet capiti per ſuam ſiccitatem ꝛ caliditateȝ moꝛdentem

tem ⁊ reſoluentez fumos ad caput: ⁊ eſt ſuccus calidior ⁊ ſiccior
q̄ȝ eius ſubſtantia. ꝓpter enim iſtud qđ eſt aperitiuum epatis
valet ydropicis: ⁊ etiam bonum eſt cum ſucco eius vngere ven
trem eius ſi ſit dolor in eo ⁊ parua materia.

**Sirupus** abſinthii ſtipticitate ſua confert habentibus ſtomacum debilem: ⁊ euacuat coleram exco
riantem inteſtina: ⁊ confortat venas ſua ſtipticitate. Unde ſi ſto
macuȝ ⁊ epar ſint debilia poni debet in ſirupo abſinthii: ⁊ fit de
zuccaro: ſic coquatur abſcinthiū cum aqua: ⁊ ponatur poſt zuc
carum: ⁊ etiam poteſt fieri cum melle duobꝰ modis. vno modo
ſic. Accipe ro. ⁊ abſcin. equaliter: ⁊ ponantur cum aqua ⁊ deco
quantur ad partem quartam. ⁊ apponātur tres partes mellis
quatuor vini aromatici: ⁊ eſt multum bonum. Scđo modo ſic.
Accipe abſcinthii partem vnam: duas citoniorum: ⁊ fiat ſirupꝰ
ſicut prius. hoc multum valet ad confortandum epar: ⁊ ad eua
cuandam coleram.

**Conſequenter** accedamus ad ſirupum qui fit de fumo terre. fumus terre eſt herba
nota ⁊ calida temperate. vnde non eſt multum calida nec mul-
tum frigida. Dicitur enim fumus terre: q: cito oritur in magna
quantitate. q: cum nihil eſt in ſero eius ſuper terraȝ in craſtino
magna apparet: ⁊ eſt amara tendens ad acuitatem: ⁊ cuȝ hoc hȝ
ſtipticitatem: ſanguinem mundificat: ſicut borago: ⁊ mirobala-
ni ⁊ cicute etiaȝ venas ⁊ epar aperit ⁊ deopilat ⁊ laxat vētrem
⁊ coleram euacuat. ⁊ hoc totum facit ſua caliditate: ⁊ confortat
ſtomacum. valet contra lepram: contra ſcabiem: ⁊ contra ſimilia
genera. ⁊ ſirupus fit de eo ſicut de abſcintio. ⁊ in eo fumus terre
eſt baſis. nam ipſe valet contra ſcabiem ⁊ leprā. ⁊ ſi in eo ponan
tur mirob. ⁊ borago multum mundificat ſanguinem: ⁊ ſi cuȝ fu
mo terre ponatur radix apii ⁊ feniculi: multū plus valet ad de-
opilandum epar q̄ȝ ſine his.

**Conſequenter** accedamus ad ſirupū qui fit de borragine. borago ē humida ⁊ calida
triſtitiam mitigans: ſanguinem mundificat: ꝓuocat letitiā ⁊ me
moriam. ¶ Itē contra cardiacas paſſiones. ⁊ fit iſte ſirupus
ſicut ſirupus de fumo terre. Et aliquando ſimiliter poteſt fieri
ſirupus de citoniis: ⁊ de multis aliis rebus. ſed quomodo debe
ant fieri patet ex predictis. ¶ Nota ꝙ differt rob ⁊ ſirupꝰ. nam
ſi ſuccus inſpiſſetur per ſe: tunc eſt rob. ſed ſi inſpiſſetur cum mel
le vel cum zuccaro: tunc eſt ſirupus.

**Habito** quid ē digeſtio ⁊ a quo digeſtio fiat. Circa hoc primo queramus vtrum digeſtio habeat igroſ-
ſare vel ſubtiliare. ⁊ videtur primo ꝙ ſemper debeat ingroſſa-
re. q: dicit auic. ꝙ digeſtionis intentio eſt ꝙ omnia ingroſſet.
Iteȝ galie. dic̄ ꝙ ipſa ſemp ingroſſat. Item digeſtio fit a calido:
ſemper conſumendo ſubtile humidum. ergo digeſtio ſemper in
groſſat. ¶ Sed contra dicit auic. ꝙ digeſtio ingroſſat ſubtile ⁊
groſſum ſubtiliat.

**Solutio** ad hoc ego dico ꝙ digeſtio ingroſſat ⁊ nō ſubtiliat. ſȝ aliquid poteſt dici tale in ſubſtantia et
paſſione ⁊ actione. Dico ꝙ digeſtio ingroſſat in ſubſtantia: ſed
ipſa ſubtiliat in paſſione. vnde dico ꝙ ipſa ingroſſat: quia ipſa
per calorem facit effumare ſubtile. ergo quod tunc remanet eſt
groſſius q̄ȝ prius. ſed quod remanet eſt digeſtum. ergo digeſtio
igroſſat in ſubſtantia. ⁊ hoc eſt verum. Tamen multi dicunt ꝙ
ſecunda digeſtio ingroſſat: ⁊ etiam tertia: tamen prima ſubtiliat
que fit in ſtomaco. quod dico eſſe falſum: ſed oīs digeſtio ingroſ
ſat: nonne chilus eſt ſubtilior pane: ita. ſed hoc nō ē pp digeſtio
nem ſed propter groſſi a ſubtili cōmunicantē diuiſionem. quia
digeſtio per ſe quicquid aufert ⁊ reſoluit eſt ſubtile. ⁊ hoc reſol
uit per fumum: ⁊ non aliter. ꝓpter hoc dico ꝙ omnis digeſtio
ingroſſat ſubſtantiam per ſe: tamē ipſa ſubtiliat quantū ad paſ-
ſionem ſuam. nam digeſtio congelata diſſoluit ⁊ liquefacit: ⁊ vi
ſcoſum diuidit cum reſolutione ſubtilis per fumum. ⁊ ita lȝ ea
ingroſſet quantū ad ſubſtantiā: tamen ea ſubtiliat quantum ad
paſſionem. q: ea reddit ipſa paſſibiliora q̄ȝ prius. vnde auic. lo-
quitur de ſubtiliatione in paſſione. ideo ⁊c.

**Conſequenter** queritur vtrū digeſtio poſſit fieri a calore inaturali febrili. videtur
ꝙ ſic. galie. in affo. dicit ꝙ in ſtatu accidētia inſurgūt: q: morbuȝ
digerūt: ſed illa accidentia ſunt inaturalia. ergo calor inaturalis
febrilis morbi materiā digerit. ¶ Item illud idē qđ materiam
expellit illud idē diuidit ⁊ digerit. ſed i quito febrīū ſcribit yſaac
ꝙ calor febrilis materiā expellit. ¶ Item qđ morbū curat mate
riam morbi digerit. ſed calor febrilis curat paraliſim ⁊ ſpaſmuȝ.
ergo ⁊c. ¶ Item ille calor qui calefaciendo materiā morbi cale
facit: digerit. ſed calor febrilis materiā morbi calefacit. ergo ⁊c.
¶ Item calor eſtiualis abbreuiat morbos. ſed hoc nō eſt niſi q:
ipſe materiā morbi digerit. attamen eſt calor inaturalis corpori
humano. ergo ſimiliter calor febrilis lȝ ipſe ſit innaturalis pote
rit materiā morbi digerere. ¶ Sed contra. digeſtio ⁊ principiū
digeſtionis ſunt cauſe ſanitatis. ſed calor febrilis nō eſt cauſa ſa
nitatis. ergo ⁊c. ¶ Itē digeſtio eſt effectus nature ⁊ naturalis.
ergo fit a cauſa naturali: ⁊ nō ab inaturali ⁊ febrili. ¶ Itē galie.
in ſcđo regiminis acutorū dicit ꝙ digeſtio fit a calore humido.
ſed calor febrilis eſt ſiccus. ergo ⁊c.

**Solutio** dico ad iſtam queſtionem ꝙ digeſtio non fit niſi a calore naturali vel ab eo qđ a natura dige
ritur ⁊ regulatur: ſicut eſt ſirupus: ⁊ non fit a calido inaturali vl̄
febrili: cuius cauſa eſt hec. q: digerens ducit ad terminū bonum
ſicut facit calor naturalis. ſȝ calor inaturalis vel febrilis cū agat
in eo: q: calor ⁊ igneus nō ducit ad certū terminum bonum. ſȝ
potius ad malum cum ad conſumptionem: ideo ipſe non dige
rit: tamen ipſe iuuat ad materie digeſtionem. q: ipſe expellit vnā
partem materie morbi: ⁊ natura reſiduuȝ facilius vicit ⁊ digerit.
⁊ ideo lȝ ipe non digerat: tū iuuat ad digōnem. ¶ Ad primum
dico ꝙ in ſtatu fiunt accidētia: tamē non digerunt materiā mor
bi. ſed bene ſtimulant naturam: vt ipſa digerat materiā. vel dicē
dum ꝙ accidentia non digerūt materiā: ſed ſignificant eam dige
ri. ¶ Uel dōm ꝙ ibi non dicit gal. ꝙ inſurgūt accidentia q̄ di-
gerant materiaȝ. ſed dicit per modū copule ſic in ſtatu inſurgūt
accidentia ac morbū digerunt. per hoc non habes ꝙ accidentia
morbum digerant. Sed gloſanduȝ eſt ſic. ⁊ morbū digerētia. i.
virtus ⁊ calor naturalis. ¶ Ad aliud dico ꝙ illud qđ expellit
materiam iam digeſtaȝ digerit ⁊ expellit eā. ſed calor febrilis nō
expellit mām digeſtam: ſed expellit eā anteq̄ȝ digeratur. iđ non
oportet ꝙ eam digerat. ¶ Ad aliud dico ꝙ calor febrilis non
curat paraliſim niſi per accidens: ideo nō oportet ꝙ digerat ma
teriam morbi. Nam calor febrilis ſtimulat naturā ⁊ eā ſtimula
ta inſurgit in ipſam per ſuum caloreȝ naturalem: ⁊ tunc digerit
materiam paraliſis ⁊ eam expellit. ⁊ ita curat paraliſim. ¶ Ad
aliud dico ꝙ digerens materiam debet eam calefacere ſine con
ſumptione multa. ſed lȝ calor febrilis calefaciat materiam frigi-
dam morbi: tamen eam non digerit: q: eam plus debito calefa-
cit ⁊ conſumit: ⁊ multum groſſiorem ⁊ minus paſſibilē q̄ȝ prius
reddit: ⁊ ideo non digeſtam: licet enim digeſtum ſit groſſius nō
digeſto: tamen eſt paſſibilius ⁊ magis obediens. ¶ Ad aliud di
co ꝙ calor eſtiualis non digerit materiam: ſed incendit ⁊ acuit
calorem naturalem: vt melius poſſit digerere materiā ⁊ etiā ape
rit poros: vt ipa digeſta cito expellat. ideo nō valet.

**Confectio** alipte muſcate. alipta. i. mirta: valȝ pueris patientibus aſma ⁊ conſtrictionem pecto
ris: ⁊ etiam valet non valentibus lac retinere fit ide ſuffumigiū
optimum ⁊ odoriferum: quo vtuntur apoſtolici imperatores i ca
pellis ſuis: ⁊ intrant in precioſis medicinis ⁊ electuariis. ⁊c.

**Confectio** gallie muſcate intrat in precioſiſſimis medicinis ⁊ electuariis ⁊c.

**Confectio** nere ita fit ⁊c.

¶ Dicit galie. in de ſimplici medicina ꝙ
per operationes cognoſcimus virtutes. Igitur poſtq̄ȝ inquiſita
eſt cognitio. ſ. medicine ⁊ ſue virtutis per rōneȝ ⁊ experimentū.
Nunc inquiramus cognitioneȝ ſue virtutis per operatiōes eiꝰ.
¶ Et ſciendum ꝙ medicine ſimplicis triplex eſt operatio. vni
uerſalis: particularis: ⁊ cōmunis ad vniuerſalem ⁊ particulareȝ.
Operatio vl̄is eſt illa quā ipſa exercet in toto corpore: ſicut ca-
lefacere: ⁊c. Particularis eſt illa quā ipſa exercet in aliqua par
te corporis: ⁊ pro aliquo: ſicut confortare. ſed cōmunis ad vl̄eȝ
⁊ particularē eſt illa quā exercet ſimplex medicina in aliqua par
te corporis. tamen ꝓ iuuamento totius corporis: in hoc eniȝ ꝙ
exercetur in parte corporis cōuenit cū particulari: in hoc auteȝ ꝙ
ipſa fit ꝓ iuuamento totius corporis conuenit cum vniuerſali
operatione. ſicut eſt hec operatio que eſt ꝓuocare menſtruū vel
emoroydas. ¶ Item quedam operatio ſimplicis medicine eſt
prima: quedam ſecunda. Prima eſt ſicut calefactio: infrigidatio:
humectatio: ⁊ deſiccatio. Secūda eſt eadem cum prima cū aliq
additione ⁊ intentione: ſicut aduſtio que eſt calefactio cū inten-
tione: ⁊ congelatio que eſt infrigidatio cuȝ intentione: arefactio
que eſt deſiccatio cū intentione: ⁊ putrefactio que eſt quedā hu
mectatio cum intentione. ¶ Item oīs ſimplex medicina habet
duas operationes: vnam per ſuam materiā: aliaȝ per ſuā formā
⁊ appello materiā ſuā ſubtile ſiccū viſcoſum groſſum cū viſcoſi
tate coagulatum cuſſibile mucilaginoſum ſpongioſum. Ope-

ratio medicine ſubtilis eſt facile diuidi ⁊ facile caleſieri tamē de
biliter. Operatio medicine viſcoſe eſt non facile diuidi cuꝫ par
tes ſue adhereant tanqꝫ catene. ⁊ ideo cum eleuatur facit filū ſi
ne interruptione ⁊ etiā viſcoſum nō de facili puluerizaē cū ſuū
ſiccum terreum ſit nimis fortiter nexum cū ſuo humido aqueo.
Operatio groſſi ſine viſcoſitate eſt ꝙ ipſum de facili pulueriza
tur. Operatio cōgelate medicine eſt ꝙ bene retinet ſuā figuram
⁊ nō cadit in omnem figuram: ſed ſemꝑ eſt in vna figura: vꝫ ī il
la quā primo recipit in congelationē: ⁊ eam nō deperdit niſi per
liquefactionē. vnde congelatā ſibi determināt vnā figuram. ſ. il
lam quā in congelatione recepit. Operatio curſibilis medicine
eſt ꝙ de facili cedit in omnem figurā: tamen per naturam curſi
bilitatis nullā figuram ſibi determinat. Operatio medicine mu
cilaginoſe eſt ꝙ ipſa poſita in aqua facit in ea viſcoſitatē. Ope
ratio medicine oleaginoſe eſt ꝙ ex ea fit oleū: ⁊ eſt medicina ole
aginoſa que habet in ſe aliquid olei: ſicut grana ⁊ nuces. Opera
tio medicine ſpongioſe eſt ꝙ ei obuiat humiditas ſtatī ī eaꝫ ſub
intrat ⁊ imbibitur iſta humiditas.

**Viſo de** opationibus medicine a pte ſue materie. nūc vi
deam⁹ de ꝑprijs opationib⁹ ei⁹ a pte forme ſue
⁊ appello eius formā ei⁹ ꝯplonem. Et ſunt quatuor ꝯplones
medicine. ꝓma calida. ſcđa frigida. tertia humida. quarta ſicca.
Et ꝗtū ad iſtā locutionē videamus ꝓprias operationes medi
cine calide ſimpſr. ℂ Et ſciendum ꝙ medicina ſimplex ꝑ com
plexionem calidā exercet duodecī opationes. ℂ Prima eſt hu
morem ſubtiliare: qđ non facit fortis calor: qꝛ ipſe conſumendo
ſubtile ingroſſat. ſed mediocris ſubtiliat humores cogelatos li
quefaciēdo ſine conſumptōe eius. ℂ Scđa operatio eſt abſter
gere: ſicut illa medicina que ducit ſecū ſuperfluitates quas inue
nit in orificijs venaꝝ. ⁊ talis medicina debet eſſe amara. vñ oīs
medicina amara ventrē laxat. ℂ Tertia ei⁹ operatio eſt exaſpa
re. ſed aliqđ pōt exaſperari tripſr. pꝛimo mō abſtergēdo. ſecūdo
modo ꝯſumendo. tertio mō ꝯſtringendo. Abſtergēdo ſicut me
dicine abſterſiue exaſperant ⁊ ſecū ducunt: humiditatē cōtinuā
tem: ⁊ lenificantem. ⁊ hec patent in trachea artaria mulierum.
Nam trachea artaria mulieꝝ habet multā humiditatem ipſam
continuantem ⁊ lenificantem. ideo habēt vocem ſuauē ⁊ dulcē
⁊ cū aliqua medicina laxatiua trāſit per earum tracheā artariaꝫ
ipſam humiditatem artarie eius adherentē ſecum ducit ⁊ rema
net diſcontinua ⁊ aſpera. ⁊ tunc habet mulier non ſuauem nec
vniformē vocē: qꝛ ꝯſumēdo exaſperat calidū ꝯſumēdo: qꝛ conſu
mit humiditatem artarie: que ipſam continuabat ⁊ lenificabat:
qua ꝯſumpta partes artarie in parte vna conſtringuntur: in alia
aūt diuidūtur. ℂ Tertio modo pontica ⁊ ſtiptica exaſperāt con
ſtringendo partes artarie in vno loco. in alio aūt diuidūt eaꝫ ne
ceſſario: ⁊ ita auferunt lenitatem ⁊ inducūt aſperitatē ⁊ in arta
ria ⁊ in alijs partibus. Et lꝫ exaſperare dicatur trib⁹ modis: tñ
calidum nō exaſperat niſi vno mō. ſ. ſecūdo modo conſumēdo.
ℂ Quarta operatio medicine calide eſt apire qđ facit aperitiua
medicina. ſed medicina apitiua poteſt eſſe tripſr. vno modo ab
ſtergendo. alio mō ꝯſumendo. tertio mō ꝯſtringendo. abſterſiue
aperiunt medicine q̄ humiditatem eis adherentē ⁊ membrū eis
cōtinuantē ſecum ducūt ⁊ lauāt. ⁊ ita medicina abſterſiua ē ape
ritiua remouendo continuans. conſumendo medicina eſt aperi
tiua: ea que ꝯſumit humiditatem ꝯtinuantem. ⁊ iſto mō omnes
medicine tam amare qꝫ acute qꝫ ſalſe etiam ſunt aperitiue. Cō
ſtringendo medicina aperitiua ſtiptica ⁊ pontica. qꝛ cōſtringen
do membꝛum in vno loco: in alio loco diuidit. ℂ Et ſciendum
ꝙ medicine abſterſiue aperiūt parum: ⁊ ſtiptice plus ⁊ calide ma
xime. ℂ Item medicine abſterſiue nullo mō ſubintrāt: ſed pon
tice ⁊ ſtiptice diuidendo ſubintrant de neceſſitate: ⁊ calide aperi
endo poſſunt ſubintrare: cū calidū ꝯſumere poſſit tam de longe
qꝫ de ꝓpe. Et lꝫ medicina aperitiua ſit trib⁹ modis: tamen cali
da nō eſt aperitiua: niſi vno iſtoꝝ modorum. ſ. ſecundo modo.
ℂ Quinta operatio: medicine calide eſt mollificare. calida enim
medicina aperit poros circūferentiales. ⁊ tūc ꝑ illos poros ipā
trahit humiditatē ad partes circūferentiales que mollificat par
tes circūferentiales. Sed caueas ne illa caliditas ſit nimium for
tis. nam ſi eſſet nimis fortis ipſa non tantū traheret humiditatē
ad partes circūferentiales. ſed cum hoc eam conſumeret: ⁊ tunc
non mollificaret partes circūferentiales. ſed medicina mollificās
debet eſſe mediocriter calidꝛ: qꝛ humiditatem tūc mollificanteꝫ
quā attrahit ad partes circunferentiales non ꝯſumit. ℂ Sexta
operatio medicīe calide eſt aperire ſine mēbꝛi ſubintratōe mate
riā ꝯtinenteꝫ euacuando ſiue euapoꝛando. ⁊ ſic calida ⁊ ſicca in
ſecundo gradu ſunt aperitiua: ⁊ calida medicina conuenit ī apo
ſtematum cura: cum ipſa confoꝛtet membꝛū apoſtematū ⁊ vnaꝫ
parteꝫ apoſtematis euapoꝛat. ⁊ ita aperit: ⁊ reſiduū materie apo
ſtematis ipſa maturat. Similiter talis medicina competit ī eua
poꝛatione materie ventoſe quā euapoꝛando membrū aperit. ſꝫ
hec operatio non differt a quarta: niſi ſicut vniuerſale ⁊ particu
lare. ℂ Septima operatio eſt attrahere. ſed medicina calida po
teſt attrahere quinqꝫ modis. ꝑ imo mō attrahit cum ſua cōplexi
one que eſt calida ſimpliciter: nullā operationē vltra faciendo. ⁊
ſic medicina calida attrahit a pꝛofundo coꝛporis ⁊ membꝛoꝝ:
ſicut a iuncturis. ⁊ ſic anacardus calidus ⁊ ſiccus attrahit. Se
cundo modo medicina calida attrahit nō ſimpliciter: ſed cū hoc
moꝛdicat: per quam moꝛdicationem paꝝ doloꝛem inducit. Ter
tio modo medicina calida attrahit non ſimpliciter. ſꝫ cū hoc mē
bꝛum vlterius rubificat. ⁊ ſic ſemen vꝛtice ⁊ cepe attrahunt.
Quarto modo medicina calida attrahit ñ ſimpliciter: ſꝫ cū hoc
pꝛuritum facit. Quinto modo medicina calida attrahit nō ſim
pliciter: ſꝫ cū hoc vlcerat: ſicut eſt illa medicīa que ꝯſumit mate
riam continuantē: ⁊ illam attrahit a ꝓfundo membꝛi ⁊ eam cō
ſumit. Octaua operatio medicine calide eſt conſumere totalr̄ ſi
cut illa que conſumit humidū totum ꝯtinuans ⁊ reſiduum inci
nerat. Nona operatio medicine calide eſt coꝛrodere: ſicut ille q̄
diminuunt carnem per coꝛroſionem: nō per putrefactionem nec
per aduſtionē. ⁊ hoc faciūt medicīe ſalſe. ℂ Decima opatio me
dicine calide eſt putrefacere. ⁊ hoc faciunt ille que coꝛrumpunt
ſpiritus ⁊ humiditates. ⁊ de talibus medicinis dicit galien. in de
ſimplici medicina: ꝙ ipſe non debent diu manere in coꝛpoꝛe. ⁊ ſi
diu remanent ſuſpecte ſunt. ℂ Undecima opatio medicīe cali
de eſt coꝛrumpere non ꝯſumendo neqꝫ adurendo neqꝫ putrefa
ciendo: ſed malam ꝯplexionem repugnantem operationi mem
bꝛi inducendo: ſicut ſunt ille que inducunt apoplexiam epilēſiaꝫ
⁊ his mediantib⁹ paraliſim. ℂ Duodecīa opatio medicine ca
lide eſt excoꝛiare poſt abſterſionem: ſicut ſunt ille que vehemen
ter abſtergunt. qꝛ excoꝛiatio nihil aliud eſt qꝫ vehemens abſter
ſio: ⁊ tales medicine ſunt bone in lepꝛa: ⁊ moꝛphea: ⁊ conſimili
bus paſſionibus. ⁊ hec ad pꝛeſens ſufficiant de operationib⁹ me
dicine calide.

**Poſtquam** determinatum eſt de ſirupis. nunc dica
mus de electuarijs. ſed qꝛ tres ſunt con
fectōes: quaꝝ pꝛīa ē alipta muſcata. ſcđa gallia muſcata. tertia ē
confectio nere que ingrediuntur ⁊ conſtituūt q̄dā electuaria et
alias quaſdam medicinas ꝯpoſitas. iō ꝓmo de illis trib⁹ ꝯfectio
nibus dicam⁹. ⁊ ꝓmo de confectione alipte muſcate.

**Alipta** ideſt mixtura muſcata: qꝛ muſcus ibi ponit. ⁊ ali
qui dicunt ꝙ muſcus eſt ibi baſis: qꝛ dat ei nomē
ſed hoc non eſt verum. non enim baſis dat ſemper nomen: nec
ſemper eſt baſis quod dat nomen. alipta enim muſcata a muſco
denominatur. qꝛ dominatur in ea q̄ꝫtum ad odoꝛem: lꝫ ibi nō ſit
baſis. vnde dico ꝙ muſcus non eſt ibi baſis. qꝛ laudes alipte mu
ſcate non ei appropꝛiantur per muſcum: ſed foꝛte per aliud. hoc
enim eſt baſis in medicina: per quod ei laudes conueniunt. In
iſta autem confectione ſex res ponunē. ſ. laudanū. ſtoꝛax duplex
ſcꝫ calamita ⁊ ſtoꝛax rubea: muſcus: lignum aloes: ambꝛa ⁊ cam
phoꝛa. laudanū enim ſit ex roꝛe celi cadente ſuper herbas quas
comedunt capꝛe: que herba eſt nobis ignota ⁊ ſupꝛa pilos capꝛa
rum comedentiuꝫ illas herbas cadit ille ros: ⁊ ex illo roꝛe lauda
nuꝫ ſit ſic: cum ille ros bene eſt inuiſcatus ſupꝛa illas herbas ho
mines cum coꝛrigijs verberant illas herbas ſuper quas cadit il
le ros. ⁊ ex illa verberatione ille ros aliquantuluꝫ ſeiungitur ab
illis herbis: ⁊ poſtea expꝛimitur ille ros ab illis herbis: ⁊ tunc ſo
li exponitur ⁊ deſiccatur: ⁊ lꝫ laudanum ſiat ex roꝛe cadente ſu
pꝛa pilos dictarum capꝛarum: tamen ille ros qui cadit ſupꝛa pi
los barbe: melius valet ex fumo exeunte ab oꝛe capꝛe pꝛedicte
in quo roꝛe ſit quoddā inuiſcatum ī barba ⁊ nō ī alijs partibus
ex quo ſit laudanum. laudanum eſt calidum ⁊ ſiccum in pꝛimo.
ſubtiliat humoꝛes ⁊ habet aliquam ſtipticitatem ſiccam: matu
rat apoſtemata. pꝛohibet reuma conſumendo eius materiam ⁊
pꝛohibet ne materia fluat: ⁊ fluxam digerit ⁊ conſumit: confert
tuſſi. vnde valet contrā tuſſim ex frigida cauſa: ⁊ benelenit pe
ctus ⁊ materiam fluxam conſumit: ⁊ fluxuram pꝛohibet fluere:
ſufficienter extrahit ferum moꝛtuum.

**Stoꝛax** eſt gumi oliue ſm quoſdam: ⁊ eſt triplex. vna ē
calamita: ⁊ hec eſt melioꝛ. Alia eſt rubea ⁊ hec
eſt minus pura. tertia eſt liquida que ad ignem liqueſit artificia
liter: ⁊ hec eſt peioꝛ. Stoꝛax rubea ponitur hic ⁊ calamita:
ſtoꝛax eſt calida ⁊ ſicca in pꝛimo gradu: opationes eius ſunt he.
lenit membꝛum: ⁊ ideo ipſa eſt bona in laxitudine: ⁊ doloꝛe iun

ctürarum que ꝓpter motum deſiccantem laxāt ⁊ inhabiles ad motum fiunt: ⁊ ꝯfert raucedini ⁊ tuſſi: reſpicit enim pect⁹ ⁊ materiam pectoris maturat. ⁊ hec duo. ſ. ſtorar ⁊ laudanum ſit ibi pro vna baſi. ⁊ dicitur eſſe baſis in medicina que principalr operatur in medicina: ⁊ que reſpicit membrum ꝓpter quod datur medicina: ⁊ alia aut ſunt iuuantia aut maliciam baſis reprimūt: ne noceat aut prebeat ei tranſitum aut confortant membrum omnia talia: ⁊ aliquando alia cum baſi ponuntur in medicinis compoſitis. iſta duo. ſ. ſtorar ⁊ laudanum conferunt pectori dupliciter. vno modo q: materiam fluxam maturant. alio modo q: materiam fluxuram non permittunt fluere: non tamen maturant niſi materiam fluxam.

**Lignum** aloes calidum eſt ⁊ ſiccum in principio ſecundi gradus: confortat venas: ⁊ eſt aperitiuum ⁊ lignum aloes ponitur in hac confectione: vt iuuet in digerendo. ſtorar ⁊ laudanum non habent virtutem fortem maturandi ⁊ calefaciendi materiam frigidam in pectore contentam. ſed debilem maturant. ſed lignum aloes iuuat ad digerendum materiam eam digerendo. ſed non eſt baſis: ſed laudanum ⁊ ſtorar eſt vna baſis in hac confectione: q: proprie reſpiciunt pect⁹: ⁊ q: lignum aloes non eſt baſis hic ſed iuuamentum: ideo min⁹ ponitur de eo hic: ⁊ de baſi ponitur in duplo. ſ. virtutis. etiam lignum aloes confortat neruos. ⁊ ideo pectus cum ſit neruoſum ⁊ confortat cerebrum qđ confortatum non permittit fluere materiam ad pectus nec deſcendere: ⁊ ſtomacū ⁊ cor confortat. ⁊ ꝓpter ſtomacum ponitur.

**Ambra** in hac confectione ponitur ambra que eſt medicina maris. dicunt enim quidam ꝙ eſt ſperma cete: quod falſum eſt. inuenitur enim in ventribus piſcium. qui eam comedūt quando vomit cete. ſed eſt lapis qui venit đ fontibus maris: ſicut dicit auic. calefacit enim ⁊ ꝯfortat. ⁊ dicit aui. ꝙ ipſa eſt calida ⁊ ſicca in ſecundo gradu. ponitur hic: q: confortat cerebrum: conſumit materiam cadentem ibi. ⁊ ꝓhibet ne deſcendat in habentibus cerebrum imundum. ſed habentes cerebrum mundum iuuat. vnde ſi habet complerionem naturalem bonam ⁊ ſufficientem iuuat eam. ⁊ q: aromatica calida ⁊ ſicca ſubtiliat materiam confortat pectus. ⁊ valet in tremore cordis ex frigida cauſa. ponitur hic vt confortet pectus.

**Camphora** eſt quedam medicina que inuenitur in quodam ligno: ⁊ eſt ſpecies gūmi. vnde dicit auic. ꝙ ipſa inuenitur in ramis cuiuſdā arboris iuxta quē iacet leopardus. vnde raro videtur arbor illa: ſed lignum deſiccatum inuenitur: frigida ⁊ ſicca eſt multū: ideo abſcindit coitū. prohibet fluxum ſanguinis narium: cum in naribus ponitur cū aceto ne fluat ſanguis: confortat cerebrum: ponitur hic ne materia deſcendat ad pectus. ⁊ q: conſtituentia aliptam muſcatam ſunt ſubtilia: ⁊ maxime ſua baſis. ideo alipta confortat pectus: ⁊ eſt bona habentibus aſma ex frigida cauſa. i. difficultatem anelandi: ⁊ eſt bona contra pectoris ſtrictionem ex frigida materia contenta in pectore. ¶ Item eſt bona in pueris non valentib⁹ lac retinere. quia ſtomacum confortat vt ipſum recipiat. Alipta ponitur in medicinis compoſitis. conficitur ſic. ⁊ eſt ibi cautela. primo muſcum ſtorar ⁊ laudanum ponuntur in aliquo vaſe eneo: ⁊ illud vas coopertum cum pāno mundo ponitur ad ſolem. ita ꝙ ibi aliquantulum calefiat ⁊ mollificetur. Deinde in mortariolo aliquantulum calido ponantur. ⁊ piſtetur cum piſtello: ⁊ bene mollificentur quouſq; piſtellum fiat calidum. Deinde lignum aloes puluerizatum ibi ponatur: ⁊ deinde muſcus cum aqua roſata diſtemperetur ⁊ cum aliis miſceatur: cuius cauſa eſt quia ita parum hic ⁊ in aliis confectionibus de muſco ponitur ꝙ niſi diſtemperetur cum aqua non poſſet commiſceri cum aliis per totum: ſicut videmus ꝙ parum croci quādo diſtemperat̃ cū aqua cū multo lacte cōmiſcetur: qđ non fieret niſi diſtemperaretur cum aqua.

**Gallia muſcata** eſt alia cōfectio cuius auctor nō ponit laudes: tamen valꝫ contra ſtomaci debilitatem ex materia frigida ipſam conſumendo prohibet vomitum: valet contra fluxum ventris conſtipando humiditatem lubricantem: ⁊ deſiccando maſtix. ⁊ gūmi arabicum ſunt ibi pro baſi: q: proprie confert eis: ⁊ precipue operatio ⁊ la⸗ us eius ſint huius confectionis: maſtix calidum ⁊ ſiccum eſt in ſecundo gradu: ſubtiliat humores groſſos frigidos: cōfortat ſtomacum: appetitum erigit. Similiter gūmi arabicum ⁊ zinziber ⁊ nux muſcata: ⁊ muſcus ⁊ cinamomum: ⁊ gariofil. ⁊ camphora: ⁊ alia que ibi ponuntur confortant ſtomacum. ⁊ iſta cōfectio in medicinis ſtomacum confortantibus debet poni. iſte due confectiones ſunt precioſe dicte: ⁊ eis loco incenſi i monaſteriis vtitur aliqui diuites. de muſco qui ponitur in alipta muſcata ſciēdum ꝙ eſt quoddam apoſtema quod naſcitur in pede cuiuſdam animalis: ⁊ eſt valde aromaticū: ⁊ confectiones ponuntur in litera: vt patet.

**Confectio** nere contra paſſiones mulierum valet: ꝓuocat menſtrua: confortat ⁊ iuuat ad concipiendum: eſt enim aperitiua matricis ⁊ ipſius confortatiua. q: eius materiam ſuperfluam conſumit. vnde in medicinis valentibus ad paſſiones mulierū ponit̃. hec eſt ſnīa lectionis.

**Habito** ꝙ a calido naturali ⁊ innaturali fiat digeſtio. Nunc queramus quomodo materia morbi digeratur a medicina. Et primo quomodo digeratur a medicina calida: vtrum a medicina calida caliditate actuali eius vel potentiali. Et videtur ꝙ a caliditate ei⁹ actuali: quia omne agens eſt actu ens. ſed calor medicine calide cum ſit digerens materiam morbi eſt agens. ergo eſt actu ens. maior patet. quia patiens eſt tale in potentia quale agens eſt in actu. igitur agens per illđ qđ agit eſt actu ens. ¶ Item aqua calida ſecundum auic. materiam exiſtentem in ſtomaco frigidam digerit per caliditatem ſuam. ſ. non per caliditatem ſuam potentialem: quia ſic eam incrudaret ⁊ infrigidaret. ergo hoc ē p caliditatem actualē.

**Sed contra** quia hoc dicit galie. in tegni: ꝙ medicina calefaciens ⁊ infrigidans debet eſſe talis ſm virtutem ⁊ non ſm ſenſum ⁊ apparitionem: imo eſſentialiter tale vt dicit ibi.

**Solutio** ad illam queſtionem. dico ꝙ medicina calida aliquando agit per caliditatem actualem: aliquando per potentialem: quia aliquando ipſa non paſſa: ⁊ tunc ipſa agit per actualem caliditatem. ⁊ hoc eſt quando ipſa agit in propinquis partibus: ſicut in ſtomaco: ⁊ aliquando ipſa agit paſſa. ⁊ tunc ipſa agit per caliditatem potentialem: tamen ipſa eſt in actu ⁊ reducta ad actū cuꝫ ipſa agit: ⁊ ſic ipſa agit in remotis partibus. ¶ Ad primum cum dicitur: dico ꝙ ipſa eſt actu calida cum agit. ſed hoc eſt propter ſui paſſionem per quam reducta eſt caliditas potentialis ad actum. ¶ Ad aliud quod eſt de aqua calida patet.

**Conſequenter** queritur vtrum aliqua materia morbi poſſit digeri per medicinam frigidam. ⁊ videtur ꝙ non. quia frigidum non ponit pedem in operatione nature: vt dicit auic. ꝑmo li. ¶ Itē ab eodē digerit̃ cibus ⁊ materia morbi ſꝫ auic. ſed cibus non digeritur a frigido. ergo ⁊c. ¶ Item digeſtio eſt naturalis operatio ſm auic. in primo. ſed nulla talis operatio fit a frigido. ergo ⁊c. ¶ Item ſcdm auic. in quarto. digeſtio materie ſt preparatio eius ad expulſionē ſed dicit galie. in tertio ſimplicis medicine: ꝙ frigiditas aggregat materiam: ⁊ facit eam imobilem. ergo ⁊c. ¶ Oppoſitum dicit galie. ⁊ Haly. in tegni.

**Solutio** dico ꝙ medicina frigida ſoluꝫ digerit materiā calidam ⁊ ſiccam. ſed medicina calida digerit omnem materiam tam calidam q̄ꝫ frigidam: ſicut patet ab Haly qui ponit quatuor medicinas digerentes omnem materiam vt crocus ⁊ ſpica ⁊c. tamen digeſtio male materie poteſt fieri dupliciter. vno modo ipſa digerit ſolum alterando: ⁊ maliciam eius reprimendo. ⁊ iſto modo digeritur calida materia ⁊ ſicca colerica in eſtate a frigido reprimendo eius vehementem caliditatem ⁊ eius maliciam vt natura poſſit eam deuincere. ⁊ etiam iſto modo digeritur materia frigida a caliditate eius frigiditatē ⁊ maliciam reprimendo: vt natura poſſit eam deuincere ⁊ expellere. Secundo modo medicina digerit membrum ⁊ calorē naturalem confortando: vt ſupra ipſam materiam victoriam habeant eam digerendo ⁊ expellendo. ⁊ ſic fit digeſtio a calido temperato: ⁊ nullo modo a frigido. vnde materia calida digeritur dupliciter. vno modo alterando. ſecundo modo confortando. ſed materia frigida non niſi vno modo tantum. ſ. alterando tantum. ¶ Ad primum obiectum dico: ꝙ frigiduꝫ non ponit pedē in opere nature ita ꝙ ſit inſtrumentum. ¶ Ad aliud. per idem quod dicit auic. ꝙ ab eodem digeritur cibus ⁊ materia morbi. dicendum ꝙ verum eſt quoniā cibus ⁊ materia morbi digerit̃ ab inſtrumento nature regulato a natura. ¶ Ad aliud cum dicitur: ꝙ nulla operatio naturalis fit a frigido: verum eſt tanq̄ꝫ ab inſtrumento: ſed vt dictum eſt. ¶ Ad aliud dico ꝙ frigidum aggregando aliquam materiam reddit per ſe eam imobilem: tamen per accidens. ſ. vt ſit nature expellenti obediens que pecca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0560-9

hat ſua ſubtilitate ⁊ liquiditate: propter quod ipſa erat tunc incomprehenſibilis a natura: ſꝫ ipſa ingroſſata magis eſt cõprehenſibilis a natura. Unde gal. in pronoſticis. ſputum eſt difficilis expulſionis triplici de cauſa. aut quia viſcoſum: aut propter ſui nimiam adherentiam membro in quo eſt: ⁊ ab eo nequit expelli: aut quia ſubtile: aut liquidū fugiens cõprehenſionem cū nature expellens ſuas ſuperfluitates cum vento ⁊ aere non poteſt ipſum comprehendere: aut quia virtus eſt debilis in expellendo. cū igitur ſit ſubtilis ⁊ liquida ipſa debet ingroſſari vt fiat cõprehenſibilior ⁊ mobilior nõ de ſe: ſed a natura. ergo ⁊c.

**Conſequenter** queritur vtrum medicina frigida digerat materiam morbi ⁊ agat in ipſam per frigiditatem actualem vel potentialem. ⁊ videtur ꝙ per actualem. quia illud quod agit per complexionem quaꝫ ab alio non recipit agit illud actualiter. ſed medicina frigida nõ habet frigiditatem a corpore humano per quā ipſa agat. ergo ⁊c. ¶ Et tu dices ꝙ imo. ſ. ꝙ ipſa recipit frigiditateꝫ a corpore humano per quam ipſa agit. ¶ Contra. natura corporis humani agit per calidum. ergo a natura corporis humani ipſa non recipit frigiditatem cū agat per eius contrarium. ¶ Et dices ꝙ in actione corporis humani talis frigiditas medicine per quaꝫ ipſa agit educitur ad actum. ¶ Contra. omne illud quod educit aliquid ad actum facit illud ſibi ſimile: ⁊ non contrarium ſibi: quia paſſum eſt contrarium agenti: ⁊ propter hoc patitur ſꝫ reſiſtat per contrarietatem. ¶ Item calida medicina agit per potentialem complexionem quam acquirit a corpore humano. ergo per oppoſitum frigida medicina per frigiditatem accidentalem. ¶ Item quomodo infrigidat: cum in qualibet parte corporis ſit caliditas que non infrigidat: ſed potius calefacere dꝫ. ¶ Sed contra. tertio de complexionibus medicine calide frigide: humide ⁊ ſicce: agunt per complexionem potentialem.

**Solutio** hanc queſtionem ſoluit Galienus tertio ſimplicis medicine. medicina dicitur agere per potentialem complexionem dupliciter. vno modo: quia non agit niſi ab alio patiatur prius. ⁊ ſic medicina debet agere per complexionem potentialeꝫ. quia non agit niſi ſui diuiſione patiatur prius a calore naturali: quia non mouetur nec intrat membri ſubſtantiam niſi prius diuidatur. ⁊ ideo ſi opium ponatur ſupra manum eam non infrigidat: quia ipſa non eſt diuiſa in partes paruas. ¶ Alio modo dicitur aliquid agere per potentialem complexionem: quia ipſum non agit niſi prius patiatur ſui diuiſionem ab alio: ⁊ in ipſo aliquid aliud multiplicatur. ⁊ ſic medicina calida agit per potentialem complexionem quam recipit ab alio. ſcꝫ a calore naturali: ⁊ quantū ad hoc agit per actualem. Sed quia ab alio patitur anteꝙ̃ per illud qđ habet agat: pro tanto dicitur agere per potentialem complexionem. frigide enim medicine nullam complexionem accipiunt per diuiſioneꝫ ad hoc vt agant: vt calide ⁊ frigide motum accipiant per diuiſionem: ſꝫ non per complexionem. ¶ Et ſciendum ꝙ triplex ē potentia. ſ. eſſentialis: accidentalis: ⁊ actualis. eſſentialis eſt illa que indiget tranſmutabilitate rerum in ſuaꝫ ſubſtantiā ſiue eēntiā. ⁊ ſic medicina calida eſt in potētia. Potentia accidentalis eſt illa q̃ idiget trāſmtabilitate rerum accidentaliter: ſicut eſt illud tranſmutans quod remouet prohibens. ⁊ in iſta potentia ē medicina frigida. potentia actualis eſt illa que non indiget aliqua tranſmutatione alia ab eo in quo eſt: ſed ſolo exitu ab otio in actum. ⁊ ſic vigilans ſcribit in potentia. ⁊ ſic venenum eſt interficiens in potentia. quia ad hoc ꝙ venenum interficiat: non oportet ꝙ ipſum diuidatur immo applicatione ſui ad corpus interficit

**Ad primum** argumentū: ꝙ medicina frigida mouet: hoc eſt per complexionem quam in potentia habet. quia motum ab alio accipit: ſꝫ non per complexionem agat. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ non eſt ſimile: quia licet medicina calida non agat niſi aliquid multiplicetur cum ipſa ⁊ in ipſa. non propter hoc ſic eſt de frigida. quia ſecundum galie. ponentē hoc exemplum. ligna viridia per ſe infrigidant. ſed ſicca ligna nunꝙ̃ calefaciunt niſi prius calefiant ab igne ⁊ in eis ignis multiplicetur. ¶ Ad vltimum quando tu queris quomodo eſt poſſibile ꝙ agat per frigiditatem: imo per caliditatem quam acquirit a corpore per totum eſt caliditas: dico ꝙ non oportet. non enim medicina frigida calefit a corpore nec a calore corporis quia ipſa ē multa: imo ideo quia calor corporis non poteſt eque calefacere: ſicut videmus in hominibus ebriis in mane vinum vomere et cibum actualiter frigidum. eo ꝙ propter ſui multitudinem non potuit ea digerere calor. vnde verum eſt ꝙ ſi opium in quantitate eſſet parua ipſum non infrigidaret totum corpus humanum: imo vinceretur a calore naturali. ſed tamen nõ poteſt vinci: vel quia eſt maioris quantitatis: vel quia calor noſtri corporis eſt debilis. ⁊ tunc non poteſt calefieri a natura ⁊ compleri. ſed remanet frigidum actu. ideo tunc ipſum infrigidat. et ſic patet ſolutio.

**Dyamargariton** dicitur a duobus margaritarum generibus: perforatarū ⁊ non perforatarum que ibi intrant: valet cardiacis triſtibus: et ad oēꝫ cordis debilitatē ⁊ ſtomaci: decima pars cõfecta eſt lib. i. Recipe gariofilorum: cinamomi: ſpice: galange: ligni aloes: liquiritie trociſcorum diarodon: ⁊ dyaniſi: ana. ʒ. i. ⁊ ſ. nucis muſcate: macis aliptegedoarie: reubarbari: ſtoracis: cala. ana. ʒ. i. margaritarū integrarū pforatarū: ana. ʒ. ſ. ambre: muſci: baſiliconis ſeminis: ana. ʒ. ſ. muſci. gra. ii. zinziberis: oſſis de corde cerui: ebore: blancte bizanzie: ana. ʒ. ſ. camphore grana. vi. ⁊ mane ⁊ ſero datur in eſtate cum aqua frigida vel cum aqua roſata cū rodoſtomaco ⁊ in hyeme cum vino mane ⁊ meridie: valꝫ vt ſuperius dixim⁹ maxime ptiſicis ⁊ conſumptis.

**Dyacameron** ideſt ducens hominem de morte ad vitam: quod facit aſmaticis artheticis: tuſſientibus: ptiſicis: ⁊ omnem imbecillitatem ſtomaci emendat: debiles lumbos confortat: luxuriam prouocat: ⁊ oē quod in dyarodon iulii laudatur complet. decima pars confecta eſt due. lib. Recipe antipholi: zinzibe. ana. ℥. v. ⁊. ʒ. i. ⁊ grana xxvii. cinamomi: galange: ana. ʒ. ii. grana. vi. gariofilorum: ſpice zedoarie: coſti: piretri: corali rubei: dragaganti: reupontici: ſaliunce: anacardi: oſſium dactilorum: carpobalſami: aniſi: ſeminis iuniperi: ameos: leucopiperis macropiperis: melanopiperis: ana. ℥. i. ⁊. ʒ. ii. ⁊ grana. viii. limature auri puri ⁊ argenti meri oſſis de corde cerui: ana. ʒ. ii. ⁊. ſ. muſci: ⁊ raſure eboris: ana. ʒ. ii. ⁊ grana viii. ambre. ʒ. i. mellis quod ſufficiet: detur de eo. ʒ. iii. mane et ſero cum vino.

**Dyamoron** a moris celſi dictum eſt a moris rubeis: valet ad omnes cauſas palati ⁊ gutturis: cadentem vetulam ſubleuat: ⁊ humoroſitatem deſiccat. medietas eſt lib. i. Recipe rororum celſi: mororum bati libr. ſ. ſape. ʒ. iii. confice ſic ſuccum cum melle ⁊ ſapa in eneo vaſe ſtānato ad prunas leues ad perfectam decoctionem deſine bulire. cum autem ſcire volueris ſi coctum ſit: pone ex eo guttam vnam ſuper marmore: ⁊ ſi inclinato marmore ſe quaſi mel retineat coctum eſt: tunc accipe in vaſe ſtāneo ⁊ vſui reſerua. Et cum opus fuerit ex eo palatum ⁊ vuluam inunge: ⁊ ad gargarizandum dabis.

**Superius** viſum eſt de operationibus medicine calide. nunc dicamus de operationibus medicine frigide. ¶ Et ſciendum ꝙ medicina frigida quinꝙ̃ habet operationes. Prima eſt confortare. Secunda eſt repercutere. Tertia eſt ingroſſare. Quarta eſt incrudare. Et quinta ſtupefacere. ¶ Prima eſt confortare membrum quod tripliciter contingit. vno modo ſubſtantiam membri inſpiſſando: ⁊ ſic frigida ⁊ ſtiptica confortant. Secundo modo confortatur membrum ſpiritus viuificando: ⁊ mobiles ⁊ agiles ad ſua opera incitando vel exercendo. ⁊ ſic medicine aromatice confortant. ⁊ ſic oleum roſatum caliditatem mēbri contemperando membrum confortat. ¶ Secunda operatio medicine frigide eſt repercutere. frigidum enim repercutitur quatuor modis. vno modo quia medicina frigida membrum conſtringit ⁊ ipſum conſtrictum minorē locum occupat. ideo neceſſario quod eſt in membro expellit: et aliunde materiam non recipit. Secundo modo repercutit frigidam caliditatem membri fortiter attrahentem mitigando: que mitigata minus attrahit: ⁊ ideo in hoc materia trahi ad locum prohibetur in hoc ꝙ trahens debilitatur. ⁊ ita a frigido expellitur. Tertio modo frigidum repercutit materiam fugādo per contrarietatem qđ eſt quia non vadit vacuum. i. ſecum humores ducit et ita frigidum expellit materiam fluxam ⁊ fluxuram. Quarto modo frigidum repercutit materiam ipſam igroſſando que minor redditur nec penetrans membrum ꝓpter ſui groſſitiem: ſicut ſi eſſet ſubtilis ⁊ ingrediens. ¶ Tertia operatio medicine frigide eſt ingroſſare. ſed materia tripliciter ingroſſat. vno modo per congelationem: ſicut glaties a frigido ingroſſatur. Secundo modo per inſpiſſationem ⁊ ſubtilis humidi con

ſumptionem.⁊ ſic ſiccum ingroſſatur:⁊ humidum ingroſſatur ⁊ ſic forte colera exiſtens per ſe ingroſſatur. ¶ Tertio modo ingroſſatur aliquid per alterius rei commixtionem:ſicut aqua per admixtionem farine ingroſſatur.⁊ ſic calidū ingroſſat: quia cōmouet materias.ideo vnam partem alii commiſcet ⁊ terminat ⁊ ſic indigeſta a calido ingroſſat. ⁊ ſic ingroſſatur digeſtio per bonam commixtionem ⁊ terminationem humidi cum ſicco. et econuerſo. ¶ Quarta operatio medicine frigide eſt incrudare. Incrudatur autem materia tripliciter. vno modo calidum digerens debilitando.⁊ ſic frigida per caloris debilitationem indigeſtionem faciunt. Secundo modo fit indigeſtio propter membri raritatem.propter quod ab exteriori calore calefaciendo ad exteriora calor digerens attrahitur extra locum digeſtionis. Propter quod qui habent rarum ſtomacum male digerunt.et propter hoc etiam non fit bona digeſtio in eſtate.quia calor ad exteriora trahit.Tertio modo fit incrudatio propter motū rei digeſtibilis.quia digeſtio fit in quiete ſecundū Ariſtotelē quarto methaurorum.Et ideo ſecundum Auicennam in primo. digeſtio non fit mediantibus villis qui ſunt neceſſarii propter motum materie.⁊ ideo illi qui faciunt rem digeſtibilem moueri de loco ad locum incrudant.⁊ ſic ventoſa omnem digeſtionem impediunt propter humiditatem extraneam accidentalem crudā in eis exiſtentem que in ventoſitatem reſoluitur. que quidem ventoſitas quando non conſumitur de loco ad locum mouetur:⁊ aliud ſimili motu mouet:ſicut cepe:fabe:ciceres:faſeoli. q: in ventoſitatem humiditas quidem extranea in eis exiſtens diſſoluitur.ideo digeſtionem impediunt. ¶ Quinta operatio medicine frigide eſt ſtupefacere:quod facit dupliciter. vno modo ſpiritus ingroſſando ⁊ immobilitando:propter quod inhabiles virtuti anime fiunt.Et propter hoc in membro virtus iſta nō mandatur:nec operationem eius efficit.Secundo modo quia complexionem membri corrumpit.propter quod ſpiritus cum ipſo operationem in ipſo non exercet :que ſine complexiōe mēbri debita ⁊ proportionabili exiſtente inſtrumento non exercentur in membro.

**Humide medicine** quinqȝ ſunt operationēs. Prima eius operatio eſt inflare. Secunda eſt lauare.Tertia ſordidare. Quarta lubricare. Quinta planificare. ¶ Prima autem eſt inflare.inflatio enī fit per reſolutionem materie in ventoſitatem cum non poteſt conſumi iſta materia nec ventoſitas. ⁊ ſic omnia ventoſa que habent in ſe aliquam humiditatem extraneā crudam p quam inflant ventoſitatē in ſtomaco operantur. ⁊ ita etiaȝ q̄ ventoſitatem faciunt:ſunt inflantia ſicut cepe ⁊c. Iſtorum enim que faciunt ventoſitatem:quedam faciunt in ſtomaco ventoſitatem: ⁊ vlterius aut parum aut nihil tranſit ad venas aut ad epar. ſȝ in ſtomaco conſumitur.⁊ ſi in ſtomaco non poteſt conſumi facit paſſionem in inteſtinis. vt collicam inflatiuam:ſicut ſunt ruta:⁊ ſpinachia.alia ſunt quorum ventoſitas licet eleuetur in ſtomaco:tamen aliquid non conſumitur de quo ſit curandum : ⁊ reſiduum tranſit ad epar ⁊ venas.⁊ hoc forte ſui acuitate : ſicut in cepe forte anteq̄ȝ poſſit in ſtomaco cōſumi:ſtimulat vt a ſtomaco expellatur:⁊ ſui acuitate penetrat:⁊ etiam ventoſitas horum facit eandem paſſionem quaȝ ⁊ ventoſitas precedentium.
Sunt alia quorum ventoſitas in ſtomaco conſumitur quantū ad aliquā eius portionem. quia nō ita cito penetrat forte cū non ſit acuta ſicut ventoſitas predictorum.⁊ ita conſumitur aliqua eius portio:non tamen tota forte propter ſui groſſitiem :ſicut fabe.⁊ illa portio que in ſtomaco non conſumitur ad epar venit ⁊ ab epate ad membra genitalia currit: propter quod ad coitum valet :in omnibus tamen iſtis fit eleuatio ventoſitatis in ſtomaco:vt in cepe:fabis:⁊ aliis que omnia habent humiditatem extraneam indigeſtam.ſed in quibuſdam conſumitur:⁊ in quibuſdam non. ¶ Secunda operatio eſt lauare. humidum enim eſt lauatiuum.lauatiua enim medicina eſt que abſtergit ſua actione ⁊ paſſione:ideſt agendo ⁊ patiendo:vt aqua ordei que eſt humida ⁊ curſibilis.quia humida remollit materiam: quia curſibilis eſt mobilis:⁊ ſuo motu impellit:⁊ ſecuȝ trahit materiā remollitam:⁊ ita agendo ⁊ patiendo abſtergit:⁊ ſic aqua cucumeris: cucurbite ⁊ aqua ordei:⁊ aqua piſcium:ſunt lauatiue:quia ſunt humectantes ⁊ curſibiles. Unde cum nos volumus domum mundare proiicimus aquam cum impetu vt remolliat curſibilis ſit:⁊ ſecum puluerem trahat. ¶ Tertia eius operatio eſt ſordidare.humidum ſordidat.⁊ hoc eſt humidum ſua viſcoſitate adherens fortiter membro:ſicut gummi arabicum :⁊ dragagantum:membrum ſordidant ſua adherentia:et hoc eſt cum illud membrum cui adheret non indiget lenitione :immo habet humiditatem ſufficientem aut ſuperfluam.⁊ tunc humiduȝ adherens ei ſordidat ipſum. ¶ Quarta op̄atio eius eſt lubricare.humidū.n.eſt lubricatiuū:⁊ eſt medicina lubricatiua que ſoluȝ humiditateȝ remollit ſua humiditate ſine hoc q̄ ſit curſibilis.⁊ ſic viole lubricant ſua humiditate remolliendo materiam:que remollita non amplius adheret membro nec ei inuiſcatur que cū non adheret amplius membro ſua grauitate cadit aut materiā ſtimulat ⁊ grauat:ita q̄ ab ea expellitur.⁊ ſic differt lubricatiuū a lauatiuo.quia lubricatiuum ex ſola paſſione remolliendo mūdificat ⁊ abſtergit.ſed lauatiuum actione ⁊ paſſione :vt dictum eſt. ¶ Quinta eius operatio eſt planificare ſeu applanare rem aſperam:ſicut videmus in trachea arteria cum ſit aſpera per humiditatis ſue conſumptionem educentis equalitatem ſuarum partium.tunc fit in ea partium ſuaruȝ ſupereminentia propter humidi conſumptionem:tunc adueniente aliquo humido leniente applanatur ⁊ adequatur. ⁊ ſic gūmi arabicū:dragagantum ⁊ ſi̅ſia trachee arterie ſunt planificatiua.

**Sicce medicine** quatuor ſunt operationes. Prima eſt conſtringere ſiue aggregare membrum. Secunda eſt conſolidare.Tertia eſt carnem generare.Quarta eſt ſigillare.i.cutem generare. ¶ Prima igitur eſt conſtringere ſiue aggregare membrum. ⁊ ex hoc ſequitur.ergo ſiccum exprimere habet:quia contrahendo ⁊ comprimēdo membrum facit illud minorem locum occupare : ⁊ ita humiditatem interruptam inter partes aggregat.neceſſario exprimit. ⁊ ex hoc ſequitur q̄ ingroſſet per expreſſionem talis ſubtilis humidi. ergo opilat:quia ingroſſat:⁊ quia materiam immobilem nec curſibilem neque penetrantem reddit per meatus per quos poſſet penetrare ſi non ingroſſata eſſet nec aggregata in vnum. et ex hoc ſequitur q̄ ſiccum conglutinat ⁊ cum ipſo eſt parum de humido cum ſicco terreo bene terminato ⁊ fortiter.⁊ per hanc viā omnes medicine que in fluxu ventris dantur ad conſtringendū ⁊ conſtipandum debent aduri:vt humiditas ſuperflua que eſt in eis lubricans conſternatur ſiue auferatur:⁊ tunc in eis eſt bona terminatio humidi cum ſicco terreo.⁊ ita ſunt bene conglutinate.et per hoc ſunt conglutinantes ⁊ conſtipantes:⁊ excoriationi inteſtinorum reſiſtentes. ¶ Secunda operatio ſicci eſt conſolidare ⁊ vnire partes vulneris ſiue labiorum adinuicem. et hoc propter conſumptionem humiditatis ſuperflue interemptē inter vulneris labia non permittentis ea coniungi ⁊ vnum fieri ſecundum Galienum in tegni.capitulo de conſolidatione continuitatis.⁊ ſic ſanguis draconis conſolidat ⁊ vulnus curat.
¶ Tertia operatio ſicci eſt generare carneȝ:quod fit dupliciter. vno modo quia materiam ſuperfluam conſumit que membri complexionem corrumpebat. Secundo modo quia ſanguis ingroſſatur:propter hoc diſponit ſanguinem vt ex ea fiat caro.
Iſta enim medicina que carneȝ generat oportet vt non ſit mordicatiua:per hoc enim malam materiam attraheret que carnis generationem impediret:nec nimis ſit ſicca:quia tunc materiam ex qua debet fieri conſumeret ⁊ ſubſtantialeȝ humiditatem membri:⁊ ſic vlcus profundaret. ¶ Quarta operatio ſicci eſt ſigillare:ideſt cutem generare ſup vulnus conſolidatum . ⁊ ita eſt ſiccior q̄ȝ carnem generans.q: magis debet conſumere humiditatē ⁊ ſanguinem indurare:quia ſiccior eſt cutis q̄ȝ caro.⁊ he ſūt operationes ſicci.

**Scite ſunt operationes** medicinaruȝ ſimplicium quas habent a complexione ſua. Sunt ⁊ alie quas non habent a ſua cōplexione :ſed a ſua proprietate ſicut ſcamonea habet attrahere coleram. ¶ Item quedam ſunt medicine que habēt duas operationes ſimul:vt ventrem ſoluere ⁊ membrum conſtringere ⁊ confortare:ſicut hermodactili habent attrahere flegma a iuncturis ad ſtomacum.⁊ per hoc ventrem laxat:⁊ hoc faciunt ſua

propꝛietate. Similiter ſua ſtipticitate qua habent confoꝛta
re iuncturas ⁊ conſtringere ne materiam aliunde recipiant.
Et foꝛte emplaſtrati exteriꝰ ſupꝛa iuncturas habent extrahe
re materiam ad exterius: ⁊ ſtipticitate ſua membꝛū confoꝛta
re. ¶ Item alie ſunt medicine que habent duas operatiōes
facere: ⁊ ſunt indifferentes ad illas: ſicut ciminum habet
laxare membꝛum ſua humiditate lubꝛicatiua: ⁊ pꝛouocare
ratione ſue ſubſtantie ſubtiliatiue ⁊ penetratiue. Quando
ergo volumus vnam iſtarum operationum per talem medi
cinam facere: tunc debemus aliam impedire et illam quam
volumus iuuare. Unde quando volumus pꝛouocare vri
nam per ciminum: debemus iuuare ciminum per diuretica:
vt per ſemen apii: et tunc ad pꝛouocationem vꝛine valet: et
in partes ipſum ciminum puluerizare: vt citius a ſtomaco
ad renes tranſeat: ⁊ aliam impedire ſcilicet humiditatem lu
bꝛicam amouendo foꝛte per aduſtionem vel contritionem.
Sed ſi volumus ventrem laxare opoꝛtet econuerſo facere
admiſcendo medicinas lubꝛicas: vt violas ⁊ ſimilia: et igi ōſ
ſas partes puluerizare: vt plus in ſtomaco moꝛetur: et ope
rationem ſuam in eo faciat. ¶ Item alique medicine que
habent ſubſtantias diuerſas in ſe vnam acutam ſubtilē que
eſt in ſuperficie: aliam centralem groſſam ſtipticam: vt caulis
inter quas natura poteſt diuidere in operando vnam partē:
trahendo ad vnam materiam: faciendo vnam operationem
⁊ aliam ad aliam: et ideo caulis in apoſtematum ſtatu eſt bo
nus. natura enim trahit ſubſtantiam ſubtilem acutā ad ma
teriam fluxā: vt ipſam diſſoluat. ⁊ mittit ſubſtantiam ſtipticā
ad materiā fluxurā ne fluat ⁊c.

## Habito de tribus con

fectionibus quaſdam medicinas
componentibus: ⁊ quedam electuaria ingredientibus. Nūc
ad electuaria accedamus. ¶ Sciendum ꝙ electuarioꝛum
quedam ſunt calida: vt dyamargariton: dyacalamentū ⁊c.
Quedam ſunt frigida: vt diapapauer: triaſandali: ⁊ cetera.
Quedam humida vt dyadragagantum. Quedam ſicca vt
dyapraſſium. ¶ Item quedam iuuant membꝛa animata:
vt pliris cum muſco ⁊ ſine muſco. Quedam membꝛa natu
ralia: vt dyacitoniten. Quedam membꝛa genitalia: vt dyaſa
tiron. Quedam vitalia: vt dyamargariton. ¶ Item quedā
confoꝛtatiua tantum. quedam confoꝛtatiua ⁊ laxatiua: quan
do confoꝛtant pulueres debent bene conteri ſecundū ſuū
modum plus vel minus ſecundū ꝙ diuerſis membꝛis com
petunt vt dictum eſt pꝛius. ¶ Item quedam electuaria, fiūt
ex ſolis pulueribus: vt dyamargariton. quedā decoctionibꝰ
herbarum ⁊ pulueribus: ⁊ aliquando cum ſuccis herbarum
⁊ pulueribus ipſarum. ¶ Ad iſtam lectionem ſpectant que
valent ad membꝛa ſpiritualia: que ſunt dyamargariton: dya
cameron: dyamoꝛon.

## Dyamargariton

eſt electuarium ex puluere factum. ⁊ dicitur ſic. qꝛ
ex duabus margaritis conficitur: valet cardiacis ⁊ triſtibus:
valet ad coꝛdis ⁊ ſtomaci debilitatem ⁊ letificat. Margarite
ſecundum quoſdam ſunt baſis: quia dant nomen. ſed non
opoꝛtet. Non enim dant nomen margarite ⁊ laudes conuenī
entes huic electuario. Tales enim ſunt quia confoꝛtāt coꝛ et
ſtomacum. Gariofili igitur ⁊ ſpica ⁊ lignum aloes: ⁊ marga
rite ſunt pꝛo baſi vna. quia margarite confoꝛtant coꝛ et alia
ſtomacum confoꝛtant: margarite confoꝛtant coꝛ per ſimilitu
dines: quia ſunt dure ſicut coꝛ. ¶ Item quia coꝛ eſt rarum
in ſubſtantia confoꝛtant ipſum inſpiſſando. Unde lignum
aloes ⁊ ſpica ⁊ gariofili ſunt eius baſis quantum ad confoꝛ
tationem: ⁊ margarite ad coꝛdis debilitatem.

## Gariofili

eſt medicina nota. propꝛietatem confoꝛtandi ſtomacum ⁊ epar habent: faciunt
putrefactionē oris ſua acuitate cū nimio vſu comeſtionis:
quia ſua acuitate laxāt gingiuas: que laxate materiā aliquā
do recipiunt: que remanens ibi putreſcit. ¶ Et ſpica du
plex eſt. ſ. celtica ⁊ ſpica nardi.

## De ſpicanardi

hic intelligimus: eſt medicina nota habens pꝛopꝛietatē re
ſoluendi calliditate ſua ⁊ confoꝛtandi ſtomacum ſua ſtiptici
tate opilationem epatis aperit cum materia eſt frigida pectꝰ
confoꝛtat: et coitum incitat. Et ideo in medicinis pꝛouocan
tibus coitum ponitur. ¶ Item pꝛouocat menſtrua ſubfumi
gata. eſt enim aromatica.

## Margarita

duplex eſt: ſcilicet perfoꝛata ⁊ nō perfoꝛata. perfoꝛata eſt melioꝛ cum eſt
perfoꝛata a natura non ab arte: vt ponitur in coꝛonis. quia
iſta operatio non dat ei bonitatem neque malitiam: licet hoc
quidam dicant: ꝙ pꝛopter hoc ſunt bone: quia ille perfoꝛan
tur que in coꝛonis mulieris ponuntur. et ideo perfoꝛate ſunt
melioꝛes. ¶ Sed dico ꝙ perfoꝛata a natura eſt melioꝛ: ⁊ cū
eſt perfoꝛata a natura eſt pꝛecioſa ⁊ cara. quia ſecundum phi
loſophum libꝛo quarto de animalibus. que ſunt perfoꝛate a
natura ſunt mundate a ſuis ſuperfluitatibus per illa foꝛami
na. Margarite ſunt illi lapides qui in ventribus piſcium cō
chilium inueniuntur: iſta puluerizata cum coꝛalo ſi pꝛoiicia
tur ſuper oculum: valet ad lachꝛymas oculi pꝛohibet ne ma
teria fluat ad oculum.

## Dyacameron

ideſt ducens hominem de moꝛte ad vitam: antiphilus ibi po
nitur: ⁊ eſt ſtipticus amarus. valet ad pectꝰ ⁊ ad luxurioſos.
⁊ gariofili. zinziber: ⁊ cinamomum ſunt ibi pꝛo baſi vna. quia
confoꝛtant ſtomacum: ⁊ antiphilus eſt ibi baſis aliā: ſcilicet
inquantum confoꝛtat pectus: ⁊ eſt medicina cardiaca: et eſt
pꝛecioſioꝛ q̄ȝ dyamargariton. qꝛ ibi ponūtur que ponunt̄ in
dyamargariton: ⁊ plus de p̄cioſis galāge et ſpica celtica.

## Dyamoꝛon

ex duobus moꝛis fit. Eſt enim moꝛa celſi ⁊ moꝛa rubi. illa non poſſūt
digeri in ſtomaco pꝛopter ſui groſſitiem: ideo ei nocent. ſunt
enim ſtiptica ⁊ ſicca vnde pꝛohibent materiam fluere ad vul
nam ⁊ guttur ſua ſtipticitate. Dyamoꝛon valet in pꝛincipio
ſquinantie. mirabiliter enim repꝛimit materiam ne fluat ad
guttur cum aqua roſata adminiſtratur et plus ſi adminiſtre
tur cum ſucco coꝛticum nucis magne: quia dyamōꝛon per ſe
non poteſt penetrare pꝛopter ſui groſſitiem. et ideo non con
uenit in repercuſſione materie a ſuperioꝛibus venientis. ſed
ſuccus ille eſt penetratiuus: cuius ſignum eſt quia pueri non
poſſunt abſtergere manus ſuas ab ipſo maculatas. ⁊ ideo pe
netrat bene interius: ⁊ ſua acuitate qua penetrat materiam
fluxam conſumit in ſua ſtipticitate materiam fluxurā ⁊ pꝛo
hibet: ⁊ non ſolum ab vna parte: ſed a qualibet parte: quod
non poterat facere dyamoꝛon per ſe. quia non poterat intra
re partes gutturis: ſicut cū ſucco iſta. decima pars que inue
nitur in antiquis libꝛis eſt lib. ii.

## Habito quomodo

fiat digeſtio. Conſequēter queritur vtrum qui
libet humoꝛ ſit euacuandus ⁊ a natura digerendus. ⁊ vide
tur ꝙ non. per hypocratem ſecundo affoꝛiſmoꝛum: in pꝛimo
affoꝛiſmo. incohantibus moꝛbis ⁊ cetera. ſed tunc materia eſt
indigeſta: ergo ⁊c. ¶ Item in acutis paſſionibus raro farma
cis vti. ſed tunc non eſt digeſta materia. ergo ⁊c. ¶ Item di
geſtio eſt repꝛeſſio male qualitatis materie. ſed materia eua
cuanda poteſt peccare in quantitate non in qualitate. ergo ta
lis materia euacuanda non poteſt digeri. ¶ Item aliquando
nulla facta digeſtione materie euacuande damus ierampi
gram galieni: paulini pillulas ad euacuandum colerā ante
cibum vel poſt. ergo ⁊c. ¶ Sed contra dicit hypocras dige
ſta medicari ⁊c.

## Conſequenter queritur

vtrum materia nec quātitate nec qualitate peccans ſi debeat euacuari debeat dige
ri. videtur ꝙ non. quia digeſtio eſt repꝛeſſio male qualitatis
materie. ergo ⁊c. ¶ Contra. digeſtis medicari ⁊c. ¶ Item in
affoꝛiſ. hypo. dicit: ſi quis vult coꝛpus purgare opoꝛtet mate
riam pꝛeparare pꝛimo. ergo ⁊c.

## Solutio ad pꝛimam queſtionem:

dicēdum: ꝙ aliquando eſt euacuanda materia digerenda: ⁊ aliquā
non. nam ſi materia eſt furioſa: tunc debet euacuari ſine eius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0563-7
DFG

digeſtione.ſi materia non eſt furioſa:aut ipſa eſt multa aut nō
ſi ſit multa debet euacuari tunc abſque digeſtione materie ad
minus in parte. vt natura melius poſſit ſupra reſiduum.
melius eſt enim ipſam materiam indigeſtam euacuare q̄ na-
turam impedire in ſua digeſtione.ſi materia nō eſt multa:vel
natura poteſt ſupra eam complete ad digerendum eam. aut
non.ſi ſic ipſa non eſt digerenda anteq̄ euacuetur:ſi natura
non poteſt complete ſupra eam ad digerendum ipſam. tunc
autem ipſa euacuatur per medicinam fortem aut per leuem.
ſi per leuem medicinam euacuatur:tunc eam poteſt hec tantū
digerere per aliqua ſui componentia.quoniam ipſa poteſt at
trahere per aliqua ſui componentia:ſicut pillule ante cibum.
tunc tales medicine poſſunt dari ante digeſtionem cum ipſe
digerant tantum quantum euacuant.ſi medicina ſit fortis tūc
materia debet digeri anteq̄ euacuetur tali medicina. Ad quā
digeſtionem quatuor requiruntur conditiones. ¶ Prima ē
membrum preparare:ita ne malum ei nocumentū inferatur
a malitia medicine.⁊ ita diuerſimode debent preparari contra
diuerſas malitias quas medicine debent inferre. Unde hyp.
quarta particula affoꝛiſ.ad elleboros ⁊c:q2 elleborus nimium
deſiccat:anteq̄ exhibeatur membrum debet humectari quie
te ⁊ otio. ¶ Secunda conditio eſt ꝙ materia remolliatur vt
ſit parata ad exitum. ¶ Tertia conditio eſt ꝙ vie debent ape
riri vt per ipſas poſſit currere materia ⁊ trahi a medicina.
¶ Quarta conditio eſt ꝙ humor attrahendus ita preparet̄:
vt a membro ⁊ a materia odio habeatur ꝙ a natura non reti
neatur.natura enim vehementius retinet flegma in eſtate q̄
in alio tempore:vt per illud contemperetur caliditas eſtatis
⁊ colere abundantis in eſtate. Similiter in hyeme natura ve
hementius retinet coleram q̄ in alio tempore:vt per eam con
temperetur frigiditas temporis hyemis ⁊ flegmatis abundā
tis in hyeme.⁊ ideo in eſtate eſt magis amicum nature flegma
q̄ colera.propter quod.in eſtate facilius euacuatur colera q̄
flegma:imo ſi flegma tunc euacuaretur:tunc eſſet motus agi
tans flegmatis tracti a natura ⁊ a medicina. Similiter colera
in hyeme eſt amicabilior nature q̄ flegma. ⁊ ideo in hyeme
facilius euacuatur flegma q̄ colera:imo ſi colera tunc euacua
retur eſſet motus agitationis colere tracte a natura ⁊ a medi
cina.per hec patet reſponſio ad duo prima argumēta. ¶ Ad
tertium dicendum ꝙ ratio ſupponit falſum.impoſſibile ē enī
humorem abundare in quantitate quin cum hoc abundet in
qualitate.vnde impoſſibile eſt flegma abundare in quantita
te qn cum hoc abundet in frigiditate ⁊ humiditate.non quia
ſit frigidior ⁊ humidior q̄ ſi non abundaret:⁊ de aliis humo
ribus.⁊ ſic patet ſolutio ad argumentum per predicta.
¶ Ad ſecundam queſtionem dicendum eſt:ꝙ materia nec
qualitate nec quantitate peccans anteq̄ euacuetur debet di-
geri vt ipſa ſit nature odioſa:niſi enim digereretur non eſſet
nature odioſa.⁊ tunc ſi vellemus ipſam euacuare eſſet motꝰ
agitationis medicine trahentis ⁊ nature retinentis.ſi autem ti
meamus humorem mouere ⁊ facere in tempore ſequenti ra-
tione more aliquam egritudinem ſpecialem:ſicut febrem ter-
tianam vel aliquem alium morbum ante tempus illud ē me
lius materiam alterare in oppoſitas qualitates illius morbi:
ne illum morbum faciat q̄ illam materiam euacuare.⁊ ſic ſol
uuntur argumenta.⁊ per ꝯñs queſtiones.

**Dianthos** dicitur qḋ ſit ex floribus dendrolibani:
violarum:⁊ roſarum:valet triſtibꝰ ma
cilentis cardiacis multum letificat: ⁊ conualeſcentes ex egri-
tudinibus multū confortat.ſexta pars confecta eſt lib.ii.⁊.5.
℞ecipe florum roriſmarini.℥.i.roſarum:viol. liquiritie. ana.
ʒ.vi.gariofilorum:ſpice:nucis muſcate: galange: cinamomi:
zinzib.zedoarie:macis:ligni aloes: cardamoni:aneti:ana.℈.iiii.
mellis q̄tum ſufficit: ⁊ detur mane ⁊ meridie febricitantibꝰ
cum aqua: non febricitantibus cum vino.

**Pliris arcoticon.** pliris completa medicina
arcoticon principium in
terpretatur:proprie valet triſtibus melancolicis: ⁊ ad nimiam
ſtomaci debilitatem ⁊ ſincopim ⁊ cordis:memoriam reparat:
intellectum acuit ⁊ epilenticis analenticis ⁊c.cathalenticis p
deſt:⁊ omnem debilitatem cerebri reparat.octaua pars eſt lib.
i.℞.cinamomi:gariofilorum:ligni aloes:galange:ſpice nucis
muſcate:zinziberis:ſpodii:ſquinanti:roſarum:ciperi:violarū:
ana.ʒ.i.⁊ grana.xvi.folii liquiritie: ſtoracis: maſticis: ſanſuci:
balſamite:baſiliconis:cardamomi:macropiperis:myrtillorum
corticum citri.ana.ʒ.ii.⁊ grana.v.gemmarum becn.albi ⁊ ru-
bei.corralli.ſerici combuſti ana.ʒ.i.⁊ grana.ii.⁊.5.muſci gran.
v.ſirupi roſati q̄tum ſufficit:datur mane ⁊ ſero febricitanti-
bus cū calida:non febricitantibus cum vino.

**Dyacaſtoreum** dicit̄ a caſtoreo qḋ ibi recipi
tur:valet contra grauiſſimā
cephaleam epilenticis vertiginoſis auxiliatur: emigranicis ⁊
monopagicis doloribus prodeſt.paraliſim omnium membro
rum:maxime capitis emundat:enfraſim epatis ⁊ ſplenis atque
renum ſoluit:⁊ omnibus egritudinibus ex frigiditate obſtat.
quinta pars confecta eſt lib.ii.℞ecipe caſtorei: mirobolano-
rum citrinorum.ana.ʒ.iii.minus.grana.i.⁊.5.aloes.ʒ.i.⁊.5.mi
nus gra.i.aſſari:mirre:euforbii.ana.ʒ.i.⁊ grana.xvii.folii anti
monii:liquiritie:dragaganti:calami aroma.nitri:galbani: ſqui
nanti: ſpice opaponacis:caſie:piperis lōgi albi ⁊ nigri: xiloba
ſami:carpobalſami:colloquintide:reupontici:ſtoracis:calami
ſ.zinziberis:cinamomi.ana.ʒ.i.⁊ grana.ii.ſtaphiſagrie:dauci:
maratri:petroſelini:apii. ſeminis ſileris dāpnocorei: conchi-
ſinoni:petrolei:ſtoracis rubei:ſanguinis draconis: cardamo-
mi:thuris maioris ⁊ minoris:aniſi ſileris olei laurini: agarici:
maſticis:ſalis armoniaci:zodoarie.ana.ʒ.i.⁊ grana.viii.ſature
gie yſopi:camedreos:pulegii:origani:balſamite: ozimii: bran
ce vrſine diptami: rute:ſeminis ariſtologie longe ⁊ rotunde:
aaron nabathematicon:aſari:ſaluie:roſarum bdelii.ana.gran.
xvii:epithi.polipodii:opoponacis.ana:grana.xv.aliaptados
caparis:ana:grana.xi.anacardi:ſauine gentiane:corticum man
dragore.ana.grana.xvi:peucedani:abſinthii:yreos.ana.gra.
ii:⁊ tertiā partem vnius.mellis qḋ ſufficit.det̄ in modū auela
ne capitalibus paſſionibus cum apozimate liliſagi: epaticis
cum decoctione abſinthii vel eupatorii:ſpleneticis cum aqua
caparis vel calamenti:nefreticis cum aqua decoctionis milii
ſolis vel macedonici:accipiatur ſūmo mane:⁊ ieiunent vſque
ad horam ſextam.

**Diairis** dicitur a radice illa que yreos appellat̄. va
let diſnicis: arteriacis: tuſſientibus: vocem
perditam reſtaurat.ſi fuerit ex frigida cauſa:duodecima pars
eius confecta eſt lib.iii.℞ecipe yreos.℥.i.pulegii:yſopi: liqui
ritie.ana.ʒ.vii.dragaganti:amigdalarum:pinee:cinamomi:zin
ziberis:piperis.anā.ʒ.iii.ſtoracis rubee.ʒ.ii.⁊.℈.i.caricarū car
nium:dactilorum:paſſarum enucleatarū.ana.ʒ.iii.⁊.5. mellis
quod ſufficit.detur ſero cum vino calido.

**Sicut dicit** auic.in ſecundo. iudicia medicinarum
mutantur ſecundum diuerſas prepara
tiones.ne igitur iudicium medici impediatur: preparationes
medicinarum videamus. Sex enim ſunt preparationes me
dicinarum. Prima eſt coctio. Secunda contritio. Tertia eſt
aduſtio. Quarta ablatio. Quinta congelatio. Sexta commi
xtio. Preparantur igitur medicine per coctionem que coctio
neceſſaria ē tribus de cauſis. ¶ Prima eſt earū mundifica
tio.⁊ ſic mel decoquitur:vt a ſua impuritate mundificetur.
Unde galie.tertio acutorum.mel non coctus non debet po
ni i idromelle niſi ſit purum: ſed ſi ſit impurum debet decoq
vnde mundificetur. ¶ Secunda conditio vel cauſa ē vt ſub
ſtantia quā volumus refutare expellatur:ſicut cum caules in
diſſinteria volumus dare ad ventris conſtipationem decoqui
mus vt ſubſtantiam eorum acutam laxatiuam que eſt in ſuc
co auferamus.⁊ de hoc habetur a galie.tertio de ſimplici me
dicina:ꝙ caulis decoquitur cum ad ventris locum datur. q2
quāto plus decoquitur tāto plus ſtringit. ¶ Tertia de cauſa
ſit decoctio medicine:vt virtus eius aqua vel oleo in quo ſit
decoctio demundetur. Et propter hoc dicit galie. tertio ſim-
plicis medicine:ꝙ aqua ⁊ oleum ſunt materia aliarum medi
cinarum.quia ſecundum virtutes illarum medicinarum qui
bus commiſcentur formantur.⁊ hec tertia decoctio diuerſifi
catur ſecundum diuerſitatē decoctionum.quedam enim ſūt
medicine quas oportet longo tempore decoqui:⁊ ſunt groſ
ſe.vt lapides ⁊ radices ⁊ genera alia. ad hoc enim vt eorum
virtus aqua vel oleo madetur:oportet ꝙ earum decoctio ſit
diuturna. Alie ſunt medicine que minori decoctōe īdigent ⁊ i
tempore minori:ſicut ſemina diuretica:vt ſemē apii:petroſeli
ni ſen.dauci:carui:ameos ⁊c. Alie ſunt medicine quarum
decoctio ē ad ſufficientiā in tēpore breuiſſimo:vt ille que ſunt
rare ſubſtātie:vt epithimū:flores vio.bora. ⁊ oēs flores vni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0564-3
DFG

nerſalif. Ex hoc enim habemus vnum modum confectionis ſiruporum. Si enĩ volumus in aliquo ponere radices: ſemina ⁊ flores. primo debemus ponere radices: ⁊ decoctione ſemifacta debemus ponere ſemina: ⁊ decoctione fere completa debemus ponere flores. ¶ Secunda preparatio medicine eſt per contritionem. iſta autem contritio eſt duplex. vna multa alia parua. Multa fit duabus cauſis. prima eſt vt per illam contritionem remoueatur malitia medicine quã faceret in ſubſtantia ſua groſſa. ⁊ ſic bene conteritur pulpa ſm̃ auic. quia ſi remaneret in ſua ſubſtantia groſſa adherens membro: vt ſtomaco vel inteſtinis ſua ſpongioſitate attraheret humorem multum exiſtens in ſtomaco vel inteſtinis. ⁊ poſſet ibi generari apoſtema. ⁊ hoc dicit auic. in ſecundo: ⁊ non ſis contentus pulpam cõterere. vnde pulpa ꝑpter illam cauſaꝫ ſubtiliſſime conteritur. ¶ Secunda cauſa eſt: quia membrum quod curare volumus eſt ſituatum in diuerſis partibus remotis. ⁊ ideo bene debet conteri vt facilius penetret ⁊ minus in ſtomaco remaneat. ⁊ propter hoc dicit auic. in prohemio ꝙ plures ſubtiliſſime debent conteri cum ponuntur in electuariis. ⁊ hoc habetur a galie. ſecundo ſimplicis medicine: ꝙ medicine curantes paſſiones renum debent minutiſſime conteri propter cauſam predictam. Groſſa autem contritio fit duobus modis. vna ẽ cauſa ne vltimata ꝯtritiõe ṽtus medicine ⁊ operatio propria corrumpatur: vt cum medicina ſit ſcamonea ſi multum contereretur propter raritatem ſue ſubſtantie amitteret ſuam operationem que eſt attrahere coleram: propter quod ipſa dꝫ ꝯteri in magnas partes. ¶ Et ſi tu dicas per illam propoſitionem. ꝙ ſi tanta virtus in tanto tempore poteſt ⁊ mediuꝫ poterit trahere medium in equali tempore. ergo ſi pondus vniꝰ ꝫ. ſcamonee poterit trahere tantũ colere: ⁊ medietas poterit trahere medietatem colere. Eſt dicendum ꝙ iſta propoſitio eſt vera. ſi vtraqꝫ poſſit in hunc actum: ſed vtraqꝫ non poteſt. qꝛ virtus eſt ablata. ⁊ ita a parte agentis virtus eſt ita ablata ꝙ nõ poteſt trahere: vnde non habet diminutam virtutem reſpectu paſſi: ſed nihil. non enim ſequitur: ſi decem homines poſſunt trahere nauim per vnam leucam in ſeptimana. ergo quinqꝫ homines poſſunt trahere eandem nauiꝫ per dimidiam leucam. nec ex parte medicine tenet ſimiliter. vltimata ergo eius contritio corrumpit propriam virtutem medicine. ſed corrumpere propriam operationem medicine eſt duobus modis. aut corrumpitur ſua propria operatio ita ꝙ in aliã non mutatur. ſicut in ſcamonea q̃ vltimate contrita non laxat. aut propria operatio corrumpitur et alia inducitur: ſicut patet in cimino: cuius eſt ventrẽ laxare. ſed cum conteritur vltimate mutatur laxatio iſta ad vrinam. quia tunc vrinam prouocat. ¶ Secunda cauſa eſt quare nõ multũ conteruntur medicine: ſed groſſe remanent: vt multo tempore in ſtomaco remaneant ⁊ inueniant digeſtionem in eodem. ⁊ ſic faciunt medici quia epati trageam groſſam propter ſtomacum et propter alia membra minute contritam. ¶ Tertia preparatio medicine eſt aduſtio: que fit ſex de cauſis. Prima eſt vt acuitas que continetur in medicina remoueatur per aduſtionem q̃ aduſtio conſumit partes ſubtiles in qbus eſt acuitas. ⁊ per hoc acuitas remouetur. ⁊ ita attramentum quod corroſiuuꝫ eſt ⁊ calcantum aduſtum cum croco: valet ad conſumptioneꝫ apoſtematis duri: quia tunc ſine corroſione conſumit. ¶ Secunda cauſa eſt vt per aduſtionem acuitas acquiratur. ⁊ ita lapides non habentes acuitatem vt fiant calx aduruntur: que acuitas in partibus terreis lapidem ſic deſiccando ⁊ igniendo. vnde ſecundũ galie. ſecundo ſimplicis medicine. calx eſt calida in quarto gradu: eſt corroſiua: piper ſecundũ Galie. ibidem eſt calidũ ĩ quarto gradu. Illa autem caliditas cum eſt in quarto gradu tunc eſt ĩ materia groſſa: que propter ſui groſſitieꝫ diu moratur in vno loco ꝑpter quod corrodit membꝛuꝫ in quo moratur: ⁊ ſic calx viua que habet partes groſſas que non poſſunt cito penetrare: imo diu morantur in vno loco. nec ſine illis ſubtiles poſſunt penetrare: propter quod corrodit. ſed piper tranſit ſicut flãma. quia ſua caliditas in rara ſubſtantia fundatur: ⁊ ideo non adurit nec corrodit. ⁊ ideo dicit auic. ꝙ cepe exterius poſita vlcerat. quia diu moratur in vno loco. ſed interius recepta non propter ſui motum. ¶ Tertia cauſa eſt: quare adurit medicina: quia ipſa ẽ valde groſſa. ita ꝙ ad partes remotas nõ poteſt penetrare niſi ſubtilietur. in iſta autem aduſtione ſubtiliatur: ꝑpter quod melius poteſt penetrare. ¶ Quarta cauſa eſt vt melius poſſit conteri. per illam enim aduſtionem diſponitur medicina ad faciliorẽ contritionem: ⁊ ſic ſericũ comburitur ſecundum auic. nec debet conteri in pliri: cum non eſt artificiale neqꝫ bonum qꝺ ſic ꝑ ipſm conteratur. quia aliquando ſua virtus tota corrumpitur in iſta aduſtione: licet per ipſam preparetur ad contritionem. Iſtud. n. ſericum aliquando datur ad cordis confortationem. ⁊ tunc nõ debet comburi. quia tunc virtus medicine quam querimꝰ amittitur. ſ. cordis confortatio. ⁊ tunc quando debet poni in pliri electuario: melius eſt vt ſcindatur in minutiſſimas partes cuꝫ cultello: ⁊ poſtea ſecundum ꝙ poſſibile eſt conteratur. Aliquando enim ponitur ſericum in medicinis ad conſumptioneꝫ materie. ⁊ ſic ponitur in dyaſcene: ⁊ tunc debet comburi: ⁊ tunc bene habet virtutem conſumendi. ſimiliter eſt de aloe: quia aliquando datur ſimul ad laxandum ⁊ ad ſtomacum confortandum: tunc debet comburi: qꝛ per iſtam combuſtionem conſumitur ſua gumoſitas per quaꝫ laxabat. Et ꝑpter hoc magis apparet alia virtus ⁊ alia operatio que eſt confortare: ⁊ tunc melius confortat. ¶ Quinta cauſa eſt vt malitia medicine remoueatur. ⁊ ſic ſcorpio aduritur: vt per iſtam aduſtioneꝫ venenoſitas auferat: per quaꝫ malitiaꝫ poterit inducere in corpus humanum nec in lapide: quia per puluerem ex eo factum poſſumus mirabiliter lapidem frangere: ad quod mirabiliter valet. ¶ Sexta cauſa eſt: vt humiditas ſuperflua conſumatur. ⁊ ſic mirobolani ⁊ omnes gumme que dantur contra fluxum ventris aduruntur vt remoueatur gũmoſitas illa per quam laxabat. ⁊ ſic in mirobolanis remanet natura conſtrictiua: ⁊ in aliis remanẽt natura viſcoſa conglutinatiua humiditate ſuperflua lubricatiua conſumpta vt gummi arabicum dragagantuꝫ. ⁊ ſic datur in diſſinteria.

¶ Quarta preparatio medicine eſt ablutio. per ablutionem. n. preparantur medicine. Iſta auteꝫ ablutio fit quatuor de cauſis. vna enim eſt vt acuitas que continetur in medicina auferatur. ⁊ ſic abluitur calx ⁊ extiguitur aqua frigida ne ſua acuitate corrodat membrum. ⁊ ſimiliter de omnibus medicinis quarum timemus acuitatem. ¶ Secũda de cauſa debet ablui medicina vt ab ea ſordes mundificentur: ⁊ ſic abluitur oleum vt mundificetur ideo vt per illam ablutionem albificetur ⁊ clarificetur. ¶ Tertia cauſa eſt vt melius poſſit conteri. quia medicia ẽ ita dura ꝙ non poteſt bene conteri niſi partes ſue remolliantur. et ſic acatia abluitur vt melius poſſit conteri: prius tamen aduritur q̃ꝫ abluatur: vt per aduſtionem ⁊ per ignem adurentem incidatur: ⁊ pori aperiantur. vnde per omnes eius partes primo in ablutione aqua poſſit melius iuuare. ſcꝫ ſubintrare ⁊ omnes partes eius remollire. deinde ad vltimum conteri. primoꝰ ergo aduritur. ſecundo lauatur. tertio conteritur. ¶ Quarta de cauſa abluitur medicina vt eius malitia auferatur. ⁊ ſic lapis lazuli abluitur. habet enim duplicem virtutem. ſ. expreſſiuam ⁊ nauſeatiuam: vt ergo nauſeatiua auferatur debet ablui vt compreſſiua ſolum remaneat. ſed quia multiformis eſt ablutio in iſtis rebus diuerſis. ideo videamus de iſtis diuerſis ablutionibus. quia in hoc multotiens ſolent cirugici medicos irridere.

**Cera** enim prio ſic abluitur. debet prio liquefieri ad ignẽ. deĩde in aqua pura clara ſine ſapore aliquo debet poni: ⁊ in ipſa aqua debet manibus malaxari ⁊ aqua a cera cuꝫ manibus exprimi. Deinde ad ignem debet liquefieri: ⁊ demuꝫ in aqua munda ⁊c. vt prius. ⁊ ſic iterum ⁊ iterum faciẽdum eſt quouſqꝫ aqua iſta ſine ſapore aliquo exierit. quia tunc ſignum eſt ꝙ tota acuitas cere eſt ablata: qua indigemus aliquotiens cum volumus vnguentum ad infrigidandum vñ ablutioneꝫ illã facimꝰ vt acuitas cere auferatur.

**Oleum** debet ſic ablui. pone oleũ in vaſe mundo ſtricti orificii: ⁊ demũ ſup oleũ infunde aquã mundaꝫ ardenteꝫ. ⁊ tamen non debet malaxari cum manibus iſtud oleũ ſicut faciebas de cera: ne propter ſui viſcoſitatem adhereat manibus. ¶ Et aliqui lapides abluuntur non ſicut oleum ⁊ cera. ¶ Lapis lazuli ſic abluitur: aut alius lapis huiuſmodi. primo debet conteri: ⁊ poſtea poni debet in loco vel in vaſe puriſſimo. Et poſtea aqua clara fortis ſuper euꝫ infundi: ⁊ dꝫ diu aqua cõmoueri: ⁊ poſtea debet dimitti quouſqꝫ reſideat in fundo aque ⁊ deinde remoueatur iſta aqua: ⁊ poſtea iterum ponatur ⁊ fiat vt prius: ⁊ iterum ⁊ iterum quouſqꝫ aqua exeat clara abſqꝫ ſapore mutata: ⁊ ablutio iſtius lapidis ſic fit: vt per hoc virtꝰ nauſeatiua auferatur. ¶ Quinta preparatio medicine eſt congelatio. congelatur enim medicina eam ponendo in loco frigido vt caliditas remoueatur ⁊ frigiditas introducatur. vnde ſic medicine infrigidantes congelantur. ¶ Sexta preparatio medicine eſt commixtio. commiſcemus enim aliquando medicinas adinicẽ: vt earꝫ virtꝰ fortificeẽ ſic ſcamonea admixta medicinis aloeticis ipſas ꝯfortat ĩ actõe. ⁊ ſic zinzi. fortificat turbith.

de ſe.n.turbit flegma attrahit ſubtile.ſ3 ſi cū eo zinzi.admiſcea/
tur fortificādo facit eū trahere flā groſſū.Scđo mō admiſcem⁹
medicinam medicine:vt ipſam faciat tranſire cito ad locum de
bitū m:ꝛ ſic crocus admiſcetur auro ꝛ argento.ꝛ ſic de aliis me
dicinis cardiacis.quia ille ſua ponderoſitate ad inteſtina cito de
ſcenderent:nec ad venas poſſent penetrare.ſed crocus facit ip/
ſas ad coꝛ penetrare.℄ Tertio modo admiſcetur medicina me
dicine ne cito tranſeat ad venas:vt quando volumus epar de/
opilare per diuretica:ꝛ illa habent naturam cito penetrandi ad
venas.ideo debemus cum eis aliqua admiſcere que ea impe/
diant:ne cito ad venas tranſeant:imo remaneant in vlis epatis.
ſicut raphan⁹ h3 ꝓꝓꝛietatem humoꝛes attrahēdi ad ſtomacu3
ꝛ diuretica habēt naturā penetrādi ad venas. Ex iſto autē mo
tu 3rio fit agitatio q̄dā q̄ ē cā qetis ī via medicine.ꝛ hoc ē ī epe.
℄ Quarto modo admiſcetur medicina medicine:nō vt medici
na foꝛtificeť p aliā medicinā vel ꝯfoꝛteť:ſed poti⁹ vt vna p aliā
debiliteť ꝛ corrūpať:vt ſi admiſceamus viol. vel mirobolanos
in equali virtute:q2 vna laxat ꝛ alia cōpꝛimit:vna alii contraria
tur ꝛ diminuitur opatio vnius per alteramr.ꝛ iō cū admiſcetur
viol.cum mirabolanis debēt parum cōmiſceri.ꝛ hoc vt.opera/
tio violaꝝ ꝑus fiat q̄3 mirob.operenť. ℄ Quinto modo admi
ſcentur medicine īter ſe vt vna aliā impediat:ꝛ ſic admiſcemus
cū ſcamonea zinzi.qđ ꝯfoꝛtat ſtomacū.eo ꝙ ſcamonea eſt inimi
ca ſtomaco:ꝛ bdeliū aut maſtix.q2 ſcamonea h3 inteſtina excoꝛi
are:vt ſua viſcoſitate hoc īpediāt ī ſcamonea.℄ Itē nō ſolū ex
ignoꝛātia ꝯpſonis medicinaꝝ ꝛ ignoꝛātia ꝑparationis īpeditur
iudiciū medici.ſ3 pōt īpediri ex herbaꝝ vicinitate aliaꝝ.vñ me
dicine creſcentes iuxta herbas venenoſas ſūt male:ꝛ virtus ea
rum eſt coꝛruptiua.ꝛ ſic videmus ꝙ virt⁹ muſci ꝛ ambꝛe cū oꝛi
tur iuxta camphoꝛā ꝛ pſilium:coꝛrūpiť ꝛ diminuiť.

**Dictum** eſt pꝛius:ꝙ quedam ſunt electuaria valentia
ad mēbꝛa ſpūalia q̄dā ad mēbꝛa nālia ꝛc.et cū
p⁹ dictū ſit đ tribus electuariis valentib⁹ ad membꝛa ſpūalia:
dyamargariton:ꝛ dyamoꝛon:ꝛ dyacameron. Nūc dicamus de
aliis valentibus ad mēbꝛa naturalia:ꝛ de his quatuoꝛ que ſpec
tāt ad lectionem iſtam.quoꝝ primū eſt dyantos.ſcđm eſt pliris:
tertiū eſt dyacaſtoꝛeum.quartū eſt dyairis.

**Dyantos** fit de anthos:ꝛ eſt baſis in hoc electuario:ſi
cut p3 inſpiciēdo ad eius laudes que ꝓpꝛie
huic cōpetunt:ꝛ eſt ibi pluſq̄3 de aliis. Anthos eſt marinus ros
in littera habeť floꝛis roſmarini. Item de dēdrolibani: aut lip/
tro libani:ꝛ cū diciť dendrolibani vel litrolibani intelligiť ꝙ fit
de foliis roꝛis marini.ꝛ cū diciť de floꝛib⁹ anthos:hoc ē de floꝛi
bus roꝛis marini.ꝛ liptrolibani vel dēdrolibani foliū ei⁹ ē.iſtud
eſt calide ꝛ ſicce ꝯplexiōis:nō tñ multū.vñ non multū calefacit
nec multū infrigidat coꝛ:tamē ꝓpꝛie cōfoꝛtat ſpūs reparādo.ſto
macū ꝯfoꝛtando ꝛ cerebꝛū.vñ ſunt multa ibi valētia ad ſtoma
cū:vt ro.zinzi.ꝛ ſilr valet cerebꝛo ſua aromaticitate ſpūs repa/
rando ꝛ cōfoꝛtādo:ꝛ ad coꝛ ꝓpꝛie eſt medicīa cardiaca. anthos
ex ſua ꝓpꝛietate coꝛ ꝯfoꝛtat:ꝛ valet ꝯtra cardiacā paſſione3 ex
frigida cauſa:ꝛ valet triſtib⁹ ꝛ macilentis.ſ.ex ſolicitudīe ꝛ triſti
tia:q2 letificat.deb3 caueri in feb.cali.ꝛ in hoībus extenuatis:ni
ſi ſit ex ſollicitudine: ꝛ cōualeſcentib⁹ q2 in eis eſt paucitas ſpiri
tuum. Dyantos aūt reparat ſpūs deperditos ꝛ coꝛ debile con/
foꝛtat.ſunt enī q valde timēt ꝓpter coꝛdis ſui debilitatē ꝛ ſpūs
paucitatē.ꝛ ꝓpter hoc triſtes ſunt ꝛ curioſi a cura dicti nō a cu
rioſitate ꝛ macilēti. Quidā enī dicunt ꝙ deb3 dari in febꝛibus ī
mane cū aqua frigida ꝛc. Sed ſi ego darē in febꝛib⁹: non darē
niſi in febꝛibus de materia frigida ꝛ ī die interpollatōis.melius
ꝛ ſecurius tñ eſt vt caueatur in feb.ſed conuenit in illis q habēt
coꝛ debile tēperatū tamē ſatis ī caliditate ꝛ frigiditate:tamē de
bile ex ſpūum paucitate.

**Pliris** eſt aliud electuarium valēs ad ſpūalia.pliris du
plex eſt:cū muſco ꝛ ſine muſco. Arcoticō.i.com/
pleta confectio ſiue perfecta medicina:valet triſtib⁹:confert me
lancolicis:confoꝛtat ſtomacū debilem ꝛ coꝛ:ꝗ valet cōtra ſinco
pim: memoꝛiā reparat. ſenſum acuit ꝛ epilēticis valet:analenti
cis ꝛ catalēticis:ꝛ omnē debilitatem ſtomaci confoꝛtat ex cauſa
frigida.eſt enim calidius ꝛ ſiccius q̄3 diantbos. Sunt enim que
dam que valent ꝓpꝛie ad confoꝛtationē ſtomaci:vt cinamomū
ꝛ gariofil. Sunt etiā quedam valētia ad coꝛ:vt coꝛallus ꝛ ſpo
dium.queda3 aūt ad cerebꝛum:vt ſquinantū ꝛ ciparus. Eſt igi
tur pliris medicina cardiaca ꝛ coꝛ confoꝛtat:vt dyanthos:ſed
differenter:ꝛ ꝓpter cauſas diuerſas due debent dari ad confoꝛ
tationem coꝛdis. pliris enim debet dari ad ꝯfoꝛtationē coꝛdis
ꝓpter frigiditatem ꝛ timoꝛem.ſed dyantos quando eſt tempe
ratum in caliditate ꝛ frigiditate:eſt tamē debile ex ſpūum debi
litate vel paucitate:q2 anthos ex ſua ꝓpꝛietate habet ſpirit⁹ re
parare.℄ Notandū ſm artem quā dat galie.ꝙ ſi aliqua medi
cina valet ad membꝛa plura:debemus dare illā medicina3 cum
aliquo ducente ad membꝛum illud quod volumus confoꝛta/
re. Unde diuretica habent deopilare epar ꝛ ſplenem :pectus et
pulmonem.ſi autem volumus dare diureticam:vt aniſu3.ꝛ ta
men ad deopilatione3 epatis poſſumus dare:ſicut ſunt que ad
epar conueniūt cum ſua virtute. Sed cum volumus deopila
re ſplenem debemus dare cum aceto:cum acetum faciat tranſi
re ad ſplenem. Si autem ad pulmone3 debemus admiſcere cū
liquiritia ꝛ vuis paſſis ꝛ ſimilibus. Similiter cum pliris valeat
ad ſtomacum:coꝛ:ꝛ cerebꝛum confoꝛtandum cū volumus dare
plirim ad ſtomacum confoꝛtandu3:debemus dare cū decoctio
nibus alicuius valentis ad ſtomaci confoꝛtationem ꝛ habentis
reſpectum ad illud membꝛum ꝓpꝛie vel cum decoctione zinzi.
vel galange ſi ad coꝛ cum decoctione bugloſe aut nucis muſca.
Si ad cerebꝛum cum decoctiōe betonice:aut pꝛimule veris:aut
ſimiliū que habent aſpectū ad cerebꝛum: ꝛ hec eſt ars valde bo
na.aliqui tamen ſunt valde delicati qui electuaria nolunt acci
pere ſicut ſunt nec cum decoctione.ꝛ poſſumus habere talē cau
telam.q2 poſſum⁹ dare tale electuarium.ꝛ poſtea vinum ad bi
bendum cū aliquib⁹ habētibus aſpectū ad mēbꝛum quod vo
lumus confoꝛtare:ꝛ ſic intellige de aliis.

**Dyacaſtoꝛeum** dicitur a caſtoꝛeo quod ē ibi ba
ſis:ꝛ ē caſtoꝛeū teſticul⁹ cuiuſdā
animalis quod dicitur caſtoꝛ:ꝛ eſt animal valde calidu3 ꝛ ſiccū:
ꝛ eſt valde mirabile habens duos pedes ad modum gatti:ante
rioꝛes vngues valde acutas habentes:q2 natura dat membꝛu3
ꝛ membꝛi operationem. Similiter datur ei a natura ꝙ eſt aīal
valde aquaticum ꝛ in aqua habitans ꝓpter ſui vehementem
caliditatem.ꝛ ideo vt poſſit ripis fluuioꝝum arripere ꝛ adhere
re quando vult nutrimentum ſuum accipere dantur ei tales
vngues.habet pedes poſterioꝛes ad modum anſeris:vt cum il
lis in aqua poſſit natare:ſicut pedibus anterioꝛibus ripis adhe
ret ſic poſterioꝛibus poſſit natare.habet inſuper dentes valde
acutos ad modum gatti. Multi ſunt ſimiles gatto.q2 comedit
arboꝛes:radices:ꝛ coꝛtices.ꝛ ideo vt poſſint accipeř cū ſuis den
tibus illos coꝛtices habent a natura tales dentes: ꝛ incidit tales
arboꝛes:ꝛ eſt mos talium animalium : ꝙ quando vnus caſtoꝛ
venit in aliqua terra vbi ſunt plures caſtoꝛes:tunc ducunt ipſū
in locum vbi eſt copia nutrimenti:vnde faciunt ipſum ſclauum
ꝛ ſeruum:ꝛ tunc bene decoꝛant ipſum cum coꝛticib⁹ ſupꝛa doꝛ
ſum:ꝛ depilant eum vt per hoc poſſit cognoſci ab aliis ſclauus.
Dicitur autem a quibuſdam ꝙ abſcindit ſibi teſticulos cu3 de
bet accipi a venatoꝛibus:ꝛ ꝙ cognoſcit per inſtinctum natura/
lem ꝙ volunt ipſum habere pꝛopter teſticulos.ꝛ ſic habentur:
ꝛ teſticulis habitis ipſum dimittunt venatoꝛes abire. Sed hoc
eſt falſum.pellis enim eius plus valet q̄3 eius teſticuli.℄ Item
non eſt tanta ſapientia in bꝛuto ꝙ ſciret hoc facere. iſti teſticuli
ſunt calidi in tertio gradu:vel in pꝛincipio quarti:ꝛ ſicci in ſecū
do gradu:ꝛ ſunt melioꝛes in quibus eſt ſperma:ꝛ intus bene di
geſtum.℄ Item illud electuarium in quibuſdam libꝛis non eſt
inuentum:ꝛ habet magnam receptam:valet pꝛincipaliter con/
tra paraliſim pꝛopter euacuationem materie:q2 reſiduum ma/
terie conſumit ꝛ neruos confoꝛtat.vnde eſt optimum neruis:ꝛ
iſtud eſt empericum ꝛ contra capitis egritudinem cum materia
eſt euacuanda ꝛ contra ſpaſmum ex repletione de frigida cauſa
Dyacaſtoꝛeo aliquando vtimur intus:ꝛ aliquando extra.intus
vt ſub lingua tenendo ſi poſſit pati quod eſt difficile diu ſupꝛa
linguam tenere:vel ſub lingua receptum :ſub lingua conſumit
humiditatem ſuperfluam in lingua vel ī radice lingue intra coꝛ
pus recipiť pꝛopter pꝛedictas cauſas. ℄ Item ſimiliter extra
vtimur eo:vnde eſt vnguentum mirabiliter valens ad parali
ſim materia pꝛius euacuata vngatur locus in quo eſt paraliſis
de oleo caſtoꝛe:ꝛ oleo laterino:ꝛ oleo laurino foꝛte vel coſtino:
vel alio oleo petroleo.vnde de teſticulis caſtoꝛei fit oleum. ſed
tamen caue ne ex hoc inflāmetur coꝛpus:quia timendu3 eſt de
hoc.eſt enim de iſtis oleis vnum ex quo fit ignis grecus.ſ3 oleū
caſtoꝛeū cōmixtum cū nardino oleo foꝛte valent.

**Diairis** dicitur ab yreos.eſt eni3 radix que habet vim
aperiendi ꝛ calefaciendi ꝛ conſumendi. vnde
iſta radix matrici ſuppoſita ꝛ ſubfumigata facit aboꝛſū. aboꝛſū
enim fetus aliqñ indigem⁹ cū ſit fetus debilis nō potens exire.
Et tunc melius eſt ꝙ fetus occidatur q̄3 mulier ꝛ fetus ſimul:
menſtrua pꝛouocat mirabiliter. vnde ſubfumigata moꝛtuu3 fe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0566-5
DFG

tum educit ⁊ ſecundinam ⁊ menſtrua fortiter aperiendo matri cem: valet proprie pectori cum in eo ſit materia groſſa. qꝛ ipſam incidit ⁊ diuidit calefacit ⁊ tuſſiꝫ curat ex materia tali creatã. vñ non debemus dare ſemper dyadragagantum ⁊ dyapenidion in tuſſi. qꝛ illa lenificatiua non ſufficiunt imo nocent ⁊ magis faci/ unt materiam inuiſcare cum materia ſit frigida ⁊ groſſa. ſed de/ bemus cum eis cõmiſcere dyairis: aut dyaiſopum ad illaꝫ mate riam incidendã ⁊ alia q̃ remolliunt eam. vnde in iuuenibus cali de ⁊ ſicce complexionis conuenit dyadragagantum. ſed in ſeni bus qui ſunt frigide complexionis: ⁊ habent naturam multum flegmaticam bonũ eſt cõmiſceri diairis operatio: aut dyaris aut dyadragagantum miſcere dyapenidion: quod eſt aliquantuluꝫ calidum: ⁊ aliquantulum dyaris aut dyaiſopi. quando eſt mate ria groſſa in pectore multa tunc debet primo remolliri ⁊ poſtea conſumi. ideo in dyairi ponuntur quedam remollitiua: vt pe nidion ⁊c. ⁊ quedam inciſiua conſumptiua. qꝛ eſt valens ad ma teriam frigidam in pectore contentam. yreos eſt baſis in hoc ele ctuario quod eſt dyairis: quod pꝫ per laudes eius ⁊c.

**Habito** de digeſtione ⁊ de modo digeſtionis ⁊ de mate ria digeſtibili. Nunc videamus de digeſtiuis p que fit digeſtio. Et circa hoc primo querimus vtrum ſirupus acetoſus valet in digeſtione pure materie colerice. ⁊ videtur ꝙ non. qꝛ nihil ſubtilians conuenit in digeſtione materie ſua ſub/ tilitate ⁊ mobilitate peccantis: ſed colera peccat ſua ſubtilitate propter quod eſt mobilis de loco ad locum. ⁊ ſirupus aceto/ ſus adhuc plus eam ſubtiliat eam diuidendo. ergo ſirupus ace toſus non valet in digeſtione pure colere. ℂ Item galie. tertio aſfo. dicit ꝙ ſola ſiccitas ſufficit ad generationem colere. igit cũ acetum habeat ſiccitatem ipſum generabit coleram. ſed quod generat coleraꝫ non digerit eã reprimẽdo ſuas qualitates neqꝫ curat morbos cauſatos ex colera. ℂ Item nullum calefaciens oportet ad digeſtionem colere dare. ſed acetum calefacit. qꝛ lo/ cum quem attingit rubicundat ⁊ corrodit ſm̃ galie. in de ſimpli ci medicina. ergo ⁊c.

**Sed** contrarium dicit auic. in quinto: ꝙ ſirupus acetoſus vincit puram coleram. Idem volunt omnes aucto/ res medicine: ⁊ eos vtũtur oẽs medici ad eã digerendaꝫ.

**Conſequenter** queritur quis ſirupus melius va let ad hoc: an acetoſus vel viola tus: videtur ꝙ acetoſus: qꝛ quod eſt frigidum magis conuenit in digeſtione materie colerice. ſed ſirupus acetoſus eſt frigidior violato. ergo ⁊c. ℂ Sed contra. cura fit per contrariũ. ergo me lius fit cura per magis contrarium. ſed violatus magis contra riatur colere q̃ꝫ acetoſus. quoniã in duabus qualitatibus cum viol: ſit frigidus ⁊ humidus: ⁊ acetoſus vna tantũ in qualitate contrariatur. qꝛ eſt frigidus ⁊ ſiccus. ergo ⁊c.

**Solutio** ad primam queſtionem dicendum: ꝙ ſirupus acetoſus conuenit in digeſtione materie coleri ce in quinqꝫ caſibus. Primo quando materia colerica peccat i ſua caliditate ⁊ non ſua ſiccitate. tunc magis conuenit acetoſus q̃ꝫ violatus. Poteſt enim eſſe colera temperata in ſubſtantia: nec nimis ſicca nec dura: calidior tamen debito: ⁊ tunc ille ſirupꝰ eſt optimus: quia bene infrigidat. Unde Galie. in de ſimplici medicina dicit: ipſe non eſt infrigidans ſicut acetum. ℂ Secun do conuenit ſirupus acetoſus in digeſtione colere quando cole ra eſt in loco remoto: tunc enim ſirupus acetoſus magis conue nit q̃ꝫ violatus. quia acetoſus magis poteſt penetrare q̃ꝫ viola tus. ⁊ ita aqua cum aceto in eſtate cito ſedat ſitim a caliditate membrorum non ſtomaci introductam. Illud bene ſciunt lom bardi qui hoc bibunt. quia humiditate aque membra ita rorantur. ⁊ ſic ſitis mitigatur ⁊ frigiditate aque ⁊ aceti infrigidãtur. hoc etiam bene conuenit in pinguibus hominibus ⁊ non mul/ tum extenuatis ⁊ ſiccis cum acetum deſiccet: propter hoc certe plus valet acetoſus q̃ꝫ violatus. ℂ Tertio conuenit ſirupꝰ ace toſus plus q̃ꝫ violatus ad digerendum materiam colericam in hominibus pinguibus de dicta cauſa. ℂ Quarto quãdo ẽ opi latio cum putrefactione colere plus competit ad digerenduꝫ co leram acetoſus q̃ꝫ violatus: qꝛ violatus non tranſiret nec pene traret ſicut acetoſus. ℂ Quinto ſi materia putrefacta in corpo re ſit multa: tunc non conuenit violatus ſed acetoſus. qꝛ viola tus nõ eſt cite penetrationis ⁊ ẽ debilis actionis: inde nõ cõuenit ⁊ opilat ſua frigiditate ⁊ hũiditate fumos retinet ⁊ poros clau/ dit ⁊ ſtringit. Sed acetoſus valet contra coleram: quia ipſaꝫ in frigidat: ⁊ qꝛ ipſam euacuat: ⁊ qꝛ ſcindit ⁊ aperit poros ſua ſubti litate: ⁊ fumos facit effumare: ideo putrefactionem minuit. ℂ Ad primum dicendum: ꝙ tunc impedit cum colera eſt mul tum ſubtilis. vel dicendum ſine preiudicio melioris ſententie: ꝙ colera nõ eſt ſubtilis in ſubſtantia ſed groſſa: lꝫ ſubtilis ⁊ acuta i actione. eſt enim groſſa in ſubſtantia cuꝫ ſit humidior. ⁊ hoc ha betur a galie. in ſecundo ꝓnoſticorum: vbi dicit: ꝙ colera per ſe eſt groſſa congelata: ſed humiditate flegmatica liqueſit ⁊ ſubti liatur: ⁊ flegma eſt per ſe congelatum: ſed caliditate colere ſubti liatur cum ei cõmiſcetur. ergo in ſua ſubſtantia ſubtiliat ſirupꝰ acetoſus eam incidendo: ⁊ eam ingroſſat infrigidatione. infrigi dando enim imobilitat eam ⁊ tollit eius acumen. ℂ Ad ſecũdã rationem poteſt multipliciter reſponderi. vno modo ſic. ſ. ꝙ per hoc qd̃ eſt ſiccitas: dico ꝙ galie. loquitur de ſiccitate temporis diuturna: cum enim tempus ſit ſiccum multuꝫ ⁊ perſeuerat diu in ſua ſiccitate: tunc multiplicatur colera in eſtate plus debito in corpore humano. ℂ Scd̃o modo poteſt reſponderi per ly ſola ꝙ non eſt ſola ſiccitas in aceto: imo cum frigiditate que genera tionem colere impedit. ℂ Tertio mõ dicenduꝫ eſt: ꝙ lꝫ acetum impediret digeſtionem colere vere tamen non impedit digeſtio nem cum eſt admixtum cum ſuo repercuſſiuo. ſ. cum zuccaro. In ſirupo enim eſt zuccarum calidum ⁊ humidum temperate: ⁊ ideo non impedit hoc iuuamentum quod facit acetum i ipaꝫ coleram infrigidando. qꝛ nõ minuit frigiditateꝫ: ſed remouet no cumentum quod faciebat acetum ſiccitate: qꝛ humidum eſt: et poteſt plus humectare zuccaruꝫ q̃ꝫ acetũ deſiccare. ℂ Ad aliud dicendum ꝙ non facit ruborem ſiue corroſionem: eo ꝙ calidũ. ſed qꝛ ſubtile ⁊ acutum: qꝛ enim ſubtile ſubintrat ⁊ penetrat: et penetrando diuidit: eo ꝙ acutum corrodit ⁊ mordicat. ꝓpter hoc enim dolorem inducit ⁊ ſanguinem ad locum trahit qui ru befacit ⁊ calefacit. non ergo facit hoc qꝛ calidum: ſed qꝛ ſubtile ⁊ acutum ℂ Ad ſecundam queſtioneꝫ: quando tu queris quis ſirupus ſit melior ad digerendum coleram: aut acetoſus aut vio latus. dicitur ꝙ in quinqꝫ caſibus predictis violatus eſt melior. ſcꝫ cũm colera multum peccat ſua ſiccitate: ⁊ etiã cum colera eſt in loco ꝓpinquo: ⁊ etiam cum colera eſt in hominibus macris ⁊ multum extenuatis: ⁊ cum colera non eſt in corpore opilato: ⁊ cum materia putrefacta non eſt multa: ⁊ maxime cõuenit ſiru pus violatus cum venter eſt conſtipatus: viole eniꝫ laxãt ven trem. ſi tamen eſſet materia putrefacta in loco propinquo: ⁊ tem pus eſt pluuiale calidum: tunc darem libentius acetoſum q̃ꝫ vio latum. qꝛ viola ſua paſſibilitate eſt multũ putrefactibilis. ⁊ tũc impediet fumorum euaporationem. quare timendum eſt valde in iſto tempore pluuioſo ⁊ putrefactibili impediente fumorum euaporationem.

**Dyacalamentum** a calamento dictum: preci pue valet ad omnem vitiũ pectoris ex frigiditate: his maxime qui ſunt in ſenili etate: valet etiam tuſſientibus ſi ſit ex frigida cauſa ⁊ quartanarijs ſi vtanẽ eo accepto poſt prandium ⁊ cenam: ⁊ in ſero cum vino.

**Dyadragagantum** frigidum a draganto di citur: valet ad omne vi tium pectoris ⁊ pulmõis: qd̃ ex calore ⁊ ſiccitate ſit: maxime pti ſicis: ethicis: pleureticis: ⁊ ad omnem tuſſim que ſit ex caliditate ⁊ ſiccitate: ⁊ ad omnem lingue ⁊ gutturis aſperitatem: cum vo ſumit̃ tãdiu in ore teneat̃: vt paruper in ore diſſoluatur.

**Dyapenidion** dicitur a penidiis que ibi intrant pluſqꝫ de aliis: valet ad omne vi tium pulmonis ⁊ tuſſiꝫ raucedinem factaꝫ ex ſiccitate ⁊ ptiſicis detur in mane ⁊ ſero: cum ptiſana calida non habentibus calo rem cum vino calido.

**Dyapraſſium** dicitur a praſſio viridi quod ibi intrat pluſqꝫ de aliis: valꝫ ad frigi ditatem pectoris: maxime ad catarrum ⁊ cerebri frigiditatem: ⁊ oculorum caliginem: ⁊ ad palatuꝫ ⁊ arterias: ⁊ ad oẽm ſpẽm ca tarri qui ſit ex frigiditate mire prodeſt. datur in ſero cũ vino ca lido in quo coctum ſit vinum ⁊ dragagantum.

**Uia** eſt preparatio medicine digerentis ſimplicis ⁊ cõpoſi te. Nunc autem videamus modum digeſtionis. Cir ca quod tria ſunt conſideranda. Primum eſt complexio ⁊ diſ poſitio egri ſiue membri cui ineſt egritudo ⁊ materia egritudis. Secundum eſt complexio ipſius egritudinis. Tertiũ diſpoſitio patientis conſiderando etatem ⁊ regionem.

**Circa** primum quatuor ſunt cõſideranda. Primum eſt complexio naturalis membri. Secundum curatio membri. Tertium eſt ſitus membri. Quartum eſt virtus ipſiꝰ. Medicus enim debet cognoſcere complexioneꝫ membri natu ralem: cuius cauſa eſt duplex. prima eſt vt ſciatur quantum ele uatur membrum in complexione: iſtud non poteſt ſciri niſi ſcia/

tur complexio radicalis. Secunda cauſa eſt vt ſciatur terminus alterationis ſiue temporis qui ei conuenit ad debitam complexionem. Has duas concluſiones poſuit Galie. in tegni. ¶ De cõplexione membri dantur quatuor regule. Prima eſt ꝙ immoderata complexio per imoderatam in gradu equali debet reduci. ¶ Secunda regula eſt: ꝙ ſi membrum eleuetur in cõplexione ſibi ſimili: indiget debili medicina. Sed faciens labere in diſſimili eſt forte. forti enim reſiſtenti debetur forte agens ⁊ debili ſufficit debile. ¶ Tertia regula eſt ꝙ complexio eſt infuſa aliquñ ipſi membro ſine materia: aliquando cum materia. ſi ſine materia: tunc indiget ſola alteratione. ⁊ de hoc dicitur ꝙ cura fit per contrarium ſicut materia tũc indiget euacuatione. ¶ Quarta regula eſt: ꝙ tempus infrigidandi ⁊ calefaciendi eſt vnũ ⁊ equale. ſed humor non eſt vnus ⁊ equalis. ¶ Et ſi arguas contra. q: calor eſt fortius agens ꝗ frigiditas. ergo fortius aget. ergo non erit tempus vnum aut equale calefaciendi aut infrigidandi.

¶ Ad hoc dico ꝙ quodlibet membrum eſt abſolute calidum: ideo faciliter calefit: ⁊ ideo debet calefieri debili calefactione. q: ſua caliditas iuuat in ſui calefactione: cum non reſiſtat caliditati calefacienti. ſed membrum indiget forti infrigidante. ſed infrigidatio membri timenda eſt. cuius tres ſunt cauſe. Prima eſt opilatio exiſtens in membro calido que per frigiditatem augmentaretur. ⁊ per conſequens calor. quando enim membrum eſt calefactum ipſum debet infrigidari cum medicinis frigidis ſubtilibus: cuiuſmodi ſunt oxizachara ⁊ acetũ: ⁊ debent cum eis cõmiſceri medicine calide parum calefacientes ⁊ deopilantes que faciunt fumos exhumare: ⁊ ita infrigidatur. Secunda cauſa eſt caloris membri acuitas: cum calor. n. eſt multum acutus oportet ꝙ multis cũ frigidis alteretur ⁊ extinguatur. frigiditas enim fortiorem egritudinem inducit ꝗ eſſet illa quam inducebat caliditas Tertia cauſa eſt membri nobilis vicinitas. vnde timendum eſt infrigidare meſaraicas: ne ledatur epar. ſed non eſt timendũ calefacere cum calor ſit amicus nature. Sed tempus humectandi ⁊ deſiccandi eſt inequale. citius enim fit deſiccatio ꝗ humectatio. q: citius deſiccatur humidum ꝗ humectetur ſiccũ. quia ad ipſum humidum tria ſunt contraria inducenda: quorũ vnũ eſt calidum conſumens humidum ⁊ inducens ſiccum. Scõm ẽ frigidum congelans ⁊ ita ipſum deſiccans. ⁊ tertium ſiccum conſumens ⁊ imbibens. ⁊ ita humidum per tria agentia in ipſuz deſiccatur. ⁊ tempus exiccandi eſt breue: cum non habet ſiccum niſi vnum contrarium in actione ipſum conſumens. ſ. humidum: ⁊ vnum agens tardius effectum inducit ꝗ contraria agentia. et ideo citius eſt deſiccatio conſumendo humidum ꝗ humectatio corrumpendo ſiccum. ¶ Item cum humidum ſit habitus ſiccitas autem eſt priuatio: ⁊ cuz facilius ſit deuenire ab habitu in priuationem ꝗ ecõuerſo. ideo facilius fit deſiccatio conſumẽdo ꝗ humectatio corrumpendo ſiccum ⁊ citius. Sed tamen timor humectandi ⁊ deſiccandi equalis eſt cuz neutrum timendũ ſit propter hoc quia debiliter agit. ¶ Secũdum ꝙ debet conſiderare medicus circa naturam ⁊ diſpoſitionem membri in quo eſt egritudo ẽ curatio membri. ſicut eſt raritas ⁊ denſitas membri amplitudo ⁊ ſtrictura venarum. ¶ De amplitudine vaſorum ſciendum eſt: ꝙ illud quod habet vias amplas eſt facile et cito alterabile: cuius cauſa eſt: q: cum vie ſint ample medicina alterãs penetrat cito. ⁊ cũ vie ſũt ſtricte medicina alterãs tarde penetrat: ⁊ penetrãdo alterat: ⁊ alterãdo penetrat. ⁊ iõ epar: q: rarũ eſt cito alteratur. ⁊ renes tarde q: ſũt valde denſe. ¶ Itẽ medicina alterans membrum non debet carere aliqua re confortante mẽbrum. vnde ſi debeat epar calefieri debent apponi pontica confortantia epar. ¶ Tertium quod debet medicus conſiderare circa naturam ⁊ diſpoſitionem membri ĩ quo eſt egritudo ⁊ materia egritudinis: eſt ſitus membri propter colligantiam membri ad membra: ſicut ſtomacus ⁊ cerebrum ſe habent. ⁊ ideo quñ curatur ſtomacus per medicinam: cauendum eſt ne illa medicina ſit debilitans cerebrum. ⁊ etiam quando curamus cerebruz: cauendum eſt ne illa medicina ſit debilitans ſtomacum. Quia ergo ex ſitu membri cognoſcitur colligantia: debet ſitus membri a medico cognoſci. ¶ Item ex ſitu membri cognoſcitur operatio membri: que debet conſiderari in operatione medicine.

¶ Item ex ſitu membri ſcitur vtrum egeat forti medicina vel debili. vnde ſi membrum ſit in partibus remotis eget forti medicina. ⁊ ſi in propinquis debili indiget. ⁊ loquor de debili ⁊ forti in quantitate ⁊ qualitate ſecundum Galie. in. 13ª. megategni.

¶ Item ex ſitu membri ſcimus vtrum debeamus aliquid apponere cum principali medicina ⁊ quid. Nam ſi membrum ſit ſituatum in partibus remotis debet aliquid poni cum medicina quod facit ipſam penetrare ad membrum remotum. Si in partibus propinquis ſituatur membrum medicina non indiget ꝙ aliquid apponatur ei: quod ipſaz faciat penetrare. Et ſi membrum ſit ſituatum inferius tunc cum medicina debet trãſire ad membrum debent poni diuretica. ¶ Item per ſitum membri ſcimus ſuper qua parte exteriori debemus ponere emplaſtra.

¶ Quartum quod medicus debet cognoſcere ⁊ cõſiderare circa naturam membri ⁊ diſpoſitionem in quo eſt egritudo ⁊ materia egritudinis eſt virtus membri: ſicut membri principalitas et mẽbri cõmunitas: ſiue cõmunis operatio ⁊ ſenſus. vnde dico ꝙ debet cognoſci membri principalitas: vnde membrum principale ſiue nobile quod idem eſt non indiget forti medicina neq; cũ ea debet curari. Membrum autem principale eſt cor. ſecundo cerebrum. tertio epar. vltimo teſticuli. ¶ Similiter debʒ cognoſcere membri cõmunitatem. i. cõmunem operationem vt ipſam in ſitu conſeruet: ſicut cum ſtomacus curatur ⁊ alteratur debet conſeruari ſua operatio que eſt cõmunis omnibus membris.

¶ Similiter ſenſus mẽbri debet cognoſci a medico: q: cũ membrum eſt fortis ſenſus nõ debet dari ei medicina fortis: quia ſtatim ab ea lederetur. ſi tamen eſt debilis ſenſus: poteſt ei dari fortis medicina ⁊ mordicatiua. De natura egritudinis ꝗtũ ad etatem ⁊ regionem in ſequentibus apparebit.

**Superius** dictum eſt de quibuſdam electuariis conferentibus pectori. Adhuc videamus de quibuſdã pectori conferentibus. ⁊ de iſtis quatuor ſunt ꝗtum ad preſentem lectionez. Primũ eſt dyacalamentũ. Secundũ ẽ dyadragagantum. Tertium eſt dyapraſiuz. Quartuz dyapenidion.

**In dyacalamento** calamentuz eſt baſis ⁊ habet plures ſpecies: quarum vna eſt calamentum montanum: ⁊ eſt fortius alijs ⁊ calidius ⁊ ſiccius. ⁊ eſt omne calamentum calidũ ⁊ ſiccũ: ⁊ eſt valde amicum pectori. alterat enim pectus ſua caliditate ⁊ acuitate: confortat ſpũm ſua proprietate forte ⁊ aromaticitate: ſtomaco debili valet ⁊ maxime confortat ⁊ abſtergit materiam colericam: ⁊ multum valet contra tertianam ⁊ contra paraliſim: vrinam prouocat et epar calefacit. ¶ Item cum eſt conturbatio in ſtomaco ⁊ timemus nauſeam calamentum emplaſtratum ſuper ſtomacum nauſeam prohibet. Item laxat ventrem. ¶ Item valet contra melancoliam: calefaciendo: ſubtiliando: abſtergendo: euacuando. ¶ Item valet contra diſſinteriam abſtergendo materiam colericam que inteſtina excoriat. ⁊ ita calamentum valet contra diſſinteriam per accidens. ſ. abſtergendo materiam colericam excoriantem inteſtina. ¶ Electuariuz iſtud. ſ. dyacalamẽtum valet ꝯtra paſſiões pectoris ex frigida cauſa ⁊ ꝯ tuſſiz ⁊ quartanã cum melancoliam calefaciat ⁊ etiam prouocat vrinam ex frigida cauſa detentã ⁊ nũꝗ valʒ ꝯ paſſiões ex cã calida.

**Dyadragagantum** eſt electuariuz: cuius baſis eſt dragagantus. dragagantum eſt frigidum ⁊ humidum pectus leniens: propter quod dyadragagantum valet contra paſſiones ex cauſa calida ⁊ ſicca generatas.

**Dyapenidion** eſt electuariũ cuius penidie ſũt baſis: ⁊ ſiũt de zuccaro: ⁊ ſunt temperate aliquantulum calide ⁊ humide: ꝑpter hoc ꝙ ſunt de zuccaro bone ſunt: pectori: ventri: ⁊ ſtomaco. Dyapenidion eſt magis calidum ꝗ dyadragagantum. ⁊ valet contra cauſas frigidas ⁊ ſiccas: ⁊ magis contra ſiccum ꝗ contra frigidum.

**Dyapraſiuz** eſt electuariuz cuius praſſiuz eſt baſis. Praſſium idẽ eſt qḋ marubiũ: calidũ ⁊ ſiccuz in tertio gradu. valet pectori: ⁊ ſimiliter valet pulmoni: ⁊ contra oppilationẽ epatis ⁊ ſplenis: ⁊ aborſum facit ⁊ ꝓuocat menſtrua. ¶ Iſtud autem electuarium debet fieri ex ſucco praſſij: non ex ſua ſubſtantia.

**Viſo** quid digerat ſirupus acetoſus. Nunc videam⁹ quẽ humorem digerant alii ſirupi. Et circa hoc primo queratur vtrum oximel digerat flegma. ⁊ videtur ꝙ non. q: in oximelle non eſt niſi acetum ⁊ mel. ſed ratione aceti non digerit flegma cum ſit frigidum ſicut flegma. ⁊ digeſtio fit per contrarium. nec ratione mellis: q: mel eſt flegmaticorum laxatiuum ſʒ yſaac in dietis. ſed illud quod laxat non digerit. quia digeſtio dʒ ꝓcedere laxatiõez. ergo ⁊c. ¶ Oppoſitũ facit vſus medicorũ.

**Iuxta** hoc queritur vtrum oximel digerat flegma reumatizans. ⁊ arguitur ꝙ ſic. q: flegma reumatizans peccat ſua humiditate ⁊ fluxibilitate. ſʒ oximel deſiccat ratiõe aceti ⁊ etiã mellis. ergo ⁊c. ¶ Contra. auget reuma. ergo non digerit ipſum: nec conuenit contra ipſum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0568-7
DFG

**Conſequenter** queritur vtrū oximel digerat melancoliā. ⁊ videtur ꝙ non. qꝛ hyp. in pnoſticis: ⁊ in tertio acutoꝝ dicit ꝙ acetuꝫ eſt inimicum melancolicis. ergo ⁊ melācolie. ergo ⁊ oximel. ſi ſic. ergo tūc oximel non digerit melancoliam. ℭ Contra. ſubtile digerit groſſū ipſum incidendo. ſed oximel eſt ſubtile ratione aceti ⁊ melācolia groſſa. ergo oximel digerit melancoliam.

**Conſequenter** queritur vtrum orizachara digerat materiam melancolicam. ⁊ videtur ꝙ non. quia digeſtio fit per contrarium. ſed non ſunt contraria. ergo ⁊c. ℭ Cōtra. eſt inciſiua. ergo eſt hūoris groſſi digeſtiua. ⁊ per ꝯñs humoris melācolici. ergo ⁊c.

**Ad primam** queſtionem dicendum: ꝙ oximel pauce commixtionis digerit flegma. ⁊ appellatur oximel pauce commixtionis: quod componitur ex ydromelle ⁊ aceto pauco. ydromel enim habet proprietatem attenuandi: mundificandi ⁊ euacuandi flegma cum egeſtiōe ⁊ vrina. ⁊ acetum lꝫ ſit frigidum: tamen eſt inciſiuum: ideo ipſum mixtum cum ydromelle in compoſitione oximellis flegma digerit. ℭ Sed caueri oportet in caſibus. primo in inteſtinorum excoriatione ⁊ omnium aliorum membrorum excoriatione. quia cōmunia membra excoriata leduntur ex re acetoſa: ſicut ē oximel. Scdo in īteſtinoꝝ debilitate ne debilitet ⁊ excoriet illa. Tertio ī ventris ꝯſtipatōe cuꝫ humoris abūdantia vētoſitatē eleuat: ⁊ ſi pōt exire. qꝛ pri⁹ dꝫ vēter laxari cū cliſteri vel cū aliquo alio. Vñ ſecundo acutoꝝ oximel excoriat: ⁊ ventoſitateꝫ facit. quia ſecuꝫ humorem adducit forte abſtergendo: ⁊ aliquando ꝑ hoc excoriationem facit adducendo coleram: ⁊ aliorum humoruꝫ copiā. Quarto debet caueri in reumate. quia ratiōe aceti aperit poros ⁊ vias inferius: propter quod reuma corpus intrat: ⁊ per hoc parat aditum ad reuma. ℭ Dico ergo ꝙ flegma poteſt ꝑ oximel digeri: exceptis quatuor caſibus predictis.

**Ad argumentum contra.** dico ꝙ lꝫ acetum ſit frigidum: quia tamen ipſum eſt inciſiuum: ideo bene conuenit. ⁊ cuꝫ dicis ꝙ oximel laxat flegmaticos. dico ꝙ flegmaticus dicitur tribus modis. vno modo dicitur ille qui habet multum flegma in ſtomaco ⁊ inteſtinis. Secūdo modo dicitur flegmaticus qui habet multuꝫ in venis ⁊ alijs partibus. Tertio modo dicitur flegmaticus ille qui eſt flegmaticus ex ſua complexione. ⁊ illud ē de ſubſtantia membrorum. ℭ Dicenduꝫ ergo ꝙ de primo flegmatico verum eſt ꝙ multum laxat ſm yſaac in dietis. ſed oximel ⁊ ydromel digerit flegma contentum in venis ⁊ alijs partibus. et ſi dicas ꝙ nihil debet euacuare indigeſtum: cum igit̄ mel ⁊ ydromel laxent: non debent digerere: imo plus debet materia digeri per aliquod aliud anteq̄ꝫ oximel exhibeatur. ℭ Dico ꝙ nulluꝫ digeſtiuum poteſt eſſe forte euacuatiuum: poteſt tamen eſſe debile euacuatiuum. ita ꝙ tantum poſſit euacuare quātum poteſt digerere. ⁊ hoc libenter facimus: ⁊ ſecundum artem in digeſtione flegmatis. ponimus enim ibi ſemina diuretica. ſ. apij: carui: aniſi: que flegma digerunt: etiam ponuntur ibi polipodium: ⁊ centaurea que euacuant tantum quantum poteſt digerere aliō ſic eſt hic. tantum enim poteſt digerere oximel quantum poteſt euacuare. eſt enim inciſiuum multum calidum mundificatiuuꝫ abſterſiuum ⁊ euacuatiuum. ℭ Ad ſecundam queſtionem dico ꝙ oximel non digerit flegma reumatizans: lꝫ eniꝫ deſiccet. qꝛ tamen aperit poros non competit: quia magis noceret q̄ꝫ iuuaret. ℭ Ad tertiam queſtionem dicendum: ꝙ orizachara valet contra melancoliā ipſam incidendo: ⁊ euacuando: ⁊ diuidendo. ℭ Ad obiectionem dico: ꝙ melancolicus duobus modis dicitur. vno modo qui eſt melancolice complexionis: frigide. ſ. ⁊ ſicce. ⁊ tali nō conuenit acetum: vt plane patet. Alio modo poteſt dici melancolicus ille qui hꝫ meliaꝫ abūdantē ī corpore. ⁊ de tali competit: quia ſcindit humorem groſſum talem. ℭ Ad quartam: vtrum orizachara congruat contra melancoliam. dico ꝙ ſic. non tamen vniuerſaliter propterea diſtinguimus ꝙ duplex eſt melancolia. vna naturalis: ⁊ contra hanc valet oximel. alia innaturalis facta per aduſtioneꝫ flegmatis: aut ſanguinis aut melācolie naturalis: aut colere. ſed ſi ipſa ſit ex flegmate aduſto: aut ex ſanguine aduſto: aut ex melancolia naturali aduſta: cōtra hāc adhuc valet oximel. Si aūt ipſa fiat ex colera aduſta: tunc ꝯtra ipſam valet orizachara: ipſam infrigidando ⁊ humectando. melius tamen eſt vt cōmiſceatur oximel ⁊ orizachara in digeſtiōe talis melancolie que fit ex colera aduſta: vt per orizacharā aduſtio impediatur ipſius colere. ⁊ per oximel materia aduſta incidatur ⁊ digeratur.

**Dyacitron** vno modo fit ſic. quidam ſcindunt illud pomum per rotulos: quia magnum eſt: ⁊ ponunt eos in aqua: ⁊ coquunt eos in iſta aqua: ⁊ zuccaruꝫ ex alia parte coquunt: ⁊ ī ſimul ponunt illos rotulos liquefactos: ⁊ in vitrum cum zuccaro. ⁊ tunc illud fit electuariuꝫ. Alio modo poteſt fieri. quem moduꝫ tangit auic. in quinto. aliqui remouēt corticem ⁊ faciunt electuarium: ⁊ male faciunt. Diacitron valꝫ contra paſſiones ſtomaci ex calefactione: ⁊ confortat ſtomacum debilitatum ex laxatione. eſt enim conſtipatiuum ſiue conſtrictiuum ⁊ īfrigidat. valet etiam contra fluxum ventris ⁊ colericum: malitiam reprimendo: ⁊ contra cardiacas paſſiones ex cauſa calida. quia frigidum aromaticum eſt. vnde valet contra cardiacos tales. valet etiam contra ſtomaci debilitatem ex acetoſitate ſua: oleum eius valet contra paraliſim.

**Dyacitoniten** a citoniis dicitur. vnde digeſtionē procurat: vomitum abſtinet: ventoſitatem precordiorum ⁊ ſtomaci emundat colorem bonuꝫ facit ⁊ debile reparat: lientericis prodeſt. valet etiam his qui nimiaꝫ ſolutionem habent: ⁊ maxime delicatis hominibus ⁊ nobilibus ⁊ filiis prodeſt: bonum odorem facit ⁊ confortat mirabiliter: detur in mane ⁊ poſt prandium: ⁊ poſt cenam: ſimiliter cū vino.

**Dyaciminum** dicitur eo ꝙ plus eſt in eo de cimino q̄ꝫ de aliis ſpeciebus: valet precipue ad pectoris ⁊ ſtomaci debilitateꝫ: frigiditateꝫ ⁊ capitis. ventoſitatem inteſtinorum ſoluit: quartanarijs ⁊ typice febriētibus miro modo prodeſt: digeſtionem procurat ſi detur poſt comeſtionem cum vino.

**Dyagalanga** quod reperitur in libro aureo: ⁊ ī capitulo de cardiaca. ℞. galange: ſpice: zinziberis: cinamomi: zedoarie: liquiritie: ꝯfice: caſto. ro. viol. gariofi. blacte: biꝫātie: haucie. an. ʒ. i. eboris. ʒ. ii. perle vtriuſqꝫ: oſſis de corde cerui. camphore. ana. gra. vii. mellis. quod ſufficit. detī in eſtate cum ro. ana. ʒ. i. ſ. vel zuccaro quod ſufficit.

**Dyazinziberecos** optimum eſt contra raucedines ⁊ arteriarum aſperitatem facit aſmaticis ſicce tuſſientibus: ſitim: ⁊ dolorem ſtomaci potenter emūdat pleureticos ⁊ appopleticos. ℞. zinzi. ʒ. ſ. ſucci liquiritie. dragaganti: penidiarum: ſe. yſualis coloquintide: omnium quatuor. ʒ. xv. mellis quod ſufficit. datur ad modum auellane: mane vel meridie in ore tenendum.

**Superius** dicebatur ꝙ ad modum digeſtionis tria erant neceſſaria videre. primum. ſ. natura ⁊ diſpoſitio egri ſiue mēbri in quo eſt egritudo ſiue materia egritudinis. Secundum natura ipſius egritudinis. Et tertium diſpoſitio patientis. ſ. quantum ad etatem ⁊ regioneꝫ. ⁊ ſic de alijs. De primo in precedenti lectione viſum eſt. nunc de alijs duab⁹ in preſenti lectione videndum eſt. Et primo de natura egritudinis: de qua natura egritudinis talis datur regula. Si medic⁹ cognoſcat naturam egritudinis: debet curare per contraria. quā ſi non cognoſcat non dꝫ operari: nec tentare curare. quoniam ſi curaret non eſt ſuum: ſed fortune: ſm Alexandruꝫ primo ſui li. ℭ Scdo debet cognoſcere quantitatem egritudinis ⁊ intenſionem. ⁊ de hoc habetur ſecunda regula que talis eſt: ꝙ egritudo quandoqꝫ eſt nimis calida quandoqꝫ nimis frigida: quandoque nimis ſicca: quandoqꝫ nimis humida vel viſcoſa: aliquādo ſubtilis nimis. debet ergo medicus ſm extimationeꝫ artificialem ſiue veritati propinquam cognoſcere quantitatem exceſſus vel ī frigiditate: vel in caliditate: vel ſiccitate: vel humiditate ipſius egritudinis: vt dictum eſt prius. ⁊ de hac habetur a galie. in fine tegni. ſic oportet ꝙ humores non ſint viſcoſi vel glutinoſi: aut calidi aut frigidi: aut humidi: aut ſicci. ſed debent eſſe temperati. ℭ Tertia regula eſt: quando aliqua egritudo eſt nimis fortis vt in eam nullatenus medicus ſperet ſalutem. in iſta incipiendum eſt cum forti medicina propter malitiam materie: quia inducias non dat medico vt ordinate procedat a leui medicina ad forteꝫ gradatim aſcendendo: ſicut aliquando accidit in appoplexia: ⁊ epilenſia: maxime in eiſqꝫ quorum eſt paroxiſmorum cōtinuitas: quia aliquando oportet fortē medicinam dare in principio morbi. aliquando autem egritudo eſt debilis. ⁊ tunc medicus habet inducias. ⁊ incipiendum eſt a leui medicina: ⁊ deinde ad fortem aſcendere: ſicut in quartana ⁊ quotidiana. ℭ Quarta regula ē ꝙ aliquando agit medicus contra egritudinem: ⁊ aliquando cōtra ſinthomata egritudīs. Et tamē dū cura ē regularis. Primo oportet agere contra eſſentiaꝫ egritudinis. Scdo ꝯtra ea q̄ ſunt poſt. ſinthomata enim ab egritudine cauſantur: ⁊ ipſam tanq̄ꝫ ſuam cauſam ſequuntur. ⁊ per eius ablationem auferuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0569-4
DFG

Iſtud lʒ ſit regulare:tamen non habet veritatē in quatuor caſi
bus:imo primo obuiandū eſt contra ſinthomata quatuor ꝺ cau
ſis. Prima eſt vehemētia doloris: vt ī colica paſſiōe. ꝺ materia
groſſa ſtatica. pmo agim⁹ ꝯtra doloris ſubam mortificando ⁊
mēbrūʒ ſtupidū reddēdo p narcotica: vt opiū mādragora:⁊alia
vt mēbrū nō ſentiat:lʒ mām incrudēt ⁊ infrigidēt: ⁊ ſint frigida
¶ Secūda cauſa eſt ꝑpter accidentiuʒ acuitatē ⁊ vehementiā.
ideo eis primo reſiſtemus. ver.gra.ſi habenti febrem accidat ſin
copis damus vinū ꝯ ſincopim:lʒ augeatur feb. vnde vinū plus
iuuat obuiando contra ſincopim q̄ȝ noceat augendo febrē.⁊ de
hoc loquitur gal.in.xi.megategni. ¶ Tertia cauſa eſt ꝑpter vir
tutis debilitatē. vnde quando in ſtatu vel in alio tempore ē vir
tus debilis:ſine cui⁹ fortitudine morbus curari nō poteſt:eam p
carnem ⁊ vinum fortificamus lʒ morbum augmentemus:maxi
me enim debemus ad virtutem reſpicere. melius eſt enim mor
bum augmentare q̄ȝ virtutem deficere. Unde dicit Galie.ſcōo
megategni.primo virtutem:demum morbum cura:ſiue contra
morbum agas. ¶ Quarta cauſa eſt calefactio nimia:⁊ ſic in fe.
quando eſt nimia calefactio: refrigerandum eſt primo per frigi
da.lʒ enim morbum augmentent opilando poros: ⁊ prohiben
do fumorum euaporationem:⁊ augendo putrefactionem.⁊ per
conſequens magis curemus calefactionem q̄ȝ morbum. vnde
primo contra calorem eſt obuiandum :licet morbus augeatur:
demum contra morbum. hec Galie.in.ix. megategni. In aliis
vero caſibus primo obuiandum eſt contra morbum. ¶ Quin
ta regula eſt ꝙ in dolore vehementi curamus morbum cuʒ me
dicina morbum inimicante.⁊ qꝛ timemus ſenſum doloris: ideo
aliqui mortificant ſenſum per narcotica.⁊ ſic dolorem mitigant.
ſed hoc eſt malum.qꝛ frigida ſemper ſunt inimica nature : ⁊ im
pediunt curam morbi.ſed temperata cum aqua roſata vl̄ oleo
roſato iuuant. Illud enim non debemus facere niſi cum dolo
ris ē vehementia ſicut dictū eſt prius. vel in membri ſectione cū
volumus extrahere lapidem ſtupefacimus membrum ne dolo
rem ſentiat:ſicut faciunt pueri cum volunt perforare cuteʒ ſuaʒ
ipſam eleuant ⁊ bene ſtringunt fugando calidum ⁊ ſpiritum vt
membrum non ſentiat dolorem:⁊ tunc cum acu perforant.
¶ Sexta regula ꝙ medicus non debet dimittere viam rectaʒ:
lʒ non eueniat effectus medicine:neq̄ȝ tenere viam nō rectam:lʒ
nocumentum non appareat.qꝛ in fine ex hoc magnum nocumē
tum ſequitur. vnde ſi tu adminiſtres aliquem ſirupum artificia
liter ad digeſtionem alicuius materie prius conſiderando con
ditiones conſiderandas:non debes tranſire ad aliā medicinam:
lʒ non videatur operari medicina.qꝛ hoc eſt ꝑpter materie groſ
ſitatem ⁊ propter tēporis contrarietatē ⁊ ineptaʒ diſpōnem ſeu
medicine digerentis. vnde hypo.ſecundo affo. omnia ſecundū
rationem facienti ⁊c. ¶ Septima regula:ꝙ non ſemper eandē
medicinam debes dare:ſed debes tranſire ad aliā ⁊ mutare tuā
medicinam:ſi prima effectum non habeat. Iſta autem regula mi
hi videtur eſſe contraria predicte. Sed dico ꝙ nō eſt contrarie
tas.qꝛ medicina debet mutari non ſm̄ virtutem ſeu complexio
nem vel operationē:ſed ſm̄ ſubſtantiā.qꝛ niſi hoc fieret in corp⁹
non imprimeret:imo cibus eius fieret ex aſſuefactione. vnde ſi
demus diacalamentū ad digōnis fortitudineʒ ⁊ ſuperfluitatū cō
ſumptioneʒ: non debemus dare per longum tempus:ne natura
aſſueſcat.ita ꝙ ab ipſo non patiatur tanq̄ȝ a medicina alterante
ſed vtatur ea tanq̄ȝ cibo per aſſuefactionem.ſed debemus eam
mutare in diatriōpiperion: vel conſimile qꝺ habeat eandeʒ ope
rationem facere.⁊ tunc faceret idem quod diacalamentum :face
re non poſſet ſi aſſuefieret nature:intantum ꝙ cibus ei fieret.
¶ Octaua regula:ꝙ in operatione ⁊ curatione morborūʒ debe
mus conſiderare morbi tempora.quia aliter morbus eſt curan
dus in principio augmento ſtatu ⁊ declinatione:ſicut in apoſte
matibus ⁊ febribus. In principio apoſtematuʒ debemus vti re
percuſſiuis:exceptis nouē caſibus.q per hos verſus habent.
Nobile plectoricum criſis centura forenſis.
Groſſities frigus:congeſtio:copia:virtus.
In augmento cum repercuſſiuis debemus ꝯmiſcere diſſoluti
ua:⁊ in ſtatu ſimiliter.ſed differunt in hoc:qꝛ in augmento rep
cuſſiuis ī plus ⁊ diſſolutiuis in minus.qꝛ plus eſt de materia flu
xura q̄ȝ iam fluxa.⁊ in ſtatu ē econuerſo .⁊ in declinatione ſolum
diſſolutiuis. qꝛ non eſt materia fluxura:ſed tota fluxa eſt. ſimili
ter in feb.continua. ¶ Nona regula:ꝙ nō ſemper debemus cu
rare per medicinam:ſed per dietam aliqn̄ melius eſt confortan
do naturam ad vincendum materiam:vt quādo materia ē pau
ca bonum eſt dare cibum bonum chimum generantem ⁊ natu
ram confortantem: vt pullos:⁊ exercitium nature conueniens:⁊
alias res non naturales conuenientes. vnde ſi aliquis conque
ratur de grauedine membrorum non debemus ei dare farmaciā
ſtatim.ſed debemus ei iniungere exercitium ⁊ alias res non na
turales ei conuenientes.quia ſi pauca ſit materia natura per hec
confortata poterit illam materiam expellere . Unde Auicē.di
cit in primo,nō omnis egritudo ſuo curatur cōtrario. Et Haly
ſupra tegni dicit:ꝙ ille medicus qui poteſt morbum curare per
cibum eſt melior . Et Raſis in ſuis experimentis laudat medicos
altarium qui cibis curabāt.i.de ſacrificio altaris ⁊c. ¶ Scōꝫ ꝙ
debet medicus cōſiderare in digeſtione materie eſt diſpoſitio pa
tientis:ſicut etas ⁊ conſuetudo. Etas eniʒ debet conſiderari: vñ
in etate feruenti in febre eſt aqua frigida conueniens. non tamē
in ſenibus cum ſint debiles ſm̄ galie.in tertio megategni:impoſ
ſibile eſt ſenes eſſe fortes.aqua enim non competit niſi in forti
bus ⁊ carnoſis. ¶ Item conſuetudo eſt conſideranda ſicut vide
mus in aliquibus qui volūt ꝙ in ſirupis multum mittatur de
aqua: vt qui ſunt aſſueti potare aquaʒ:quidā non. vt qui nō ſūt
conſueti potare aquam.⁊ ideo ſm̄ conſuetudinem non ſm̄ nos.
ideo auic. dicit ꝙ in ſirupis debemus ponere de aqua.⁊ plus po
nimus de aqua in ſirupis eorum qui conſueuerunt bibere aquā
q̄ȝ in ſirupis eorum qui non conſueuerunt bibere aquā. Simili
ter videmus ꝙ aliqui ſunt aſſueti ponere in vino ſuo medieta
tem aque aliqui plus ⁊ aliqui minus:⁊ aliqui nihil.ideo in cōua
conualeſcentia bene eſt illud conſiderandum. vnde in ſirupis eo
rum qui conſueuerunt in vino ſuo plus ponere aquam . pl⁹ po
nitur de aqua q̄ȝ in ſirupis aliorum. ¶ Item virtutem natura
lem ⁊ animalem debemus conſiderare ⁊ conſeruare in omni cu
ra: vnde virtuteʒ naturalē cum ipſa curet morbos debemus cō
fortare confortando epar vbi iſta conſiſtit.ſiſr virtutem alalem
debemus confortare. vnde gaudium ⁊ letitiā debemus eis pro
uocare cum omnibus competant ⁊ res placentes volentib⁹ ma
creſceri:⁊ illis in quibus corpus ſuum eſt infrigidatuʒ multū ſua
tunc vt calefiat eſt multum ꝯueniens ſm̄ ꝙ recitat Haly ſupra
tegni de eo cuius corpus ad iram prouocauit.⁊ cuius corp⁹ in
frigidatum erat:calefactuʒ fuit:⁊ ſanatus eſt.

Uiſo de quibuſdaʒ electuariis pectori valentibus. Uideamus de quibuſdam ſtomaco valentibus. Et q̄
tum ad preſentem lectionem videamus de quinq̄ȝ :quorum pri
mum eſt diacitron.ſcōm diacitonitē.tertiuʒ ē diaciminū.quartū
eſt diagalanga.quintuʒ zinziber ꝯditum. ¶ Diacitron eſt quo
dam electuarium:cuius baſis eſt citrus bonus ſtomaco:⁊ eſt fru
ctus cuiuſdā arboris. De pomo citri vtimur q̄ȝtuʒ ad quatuor
que ſunt in eo.ibi enim eſt cortex:acetoſitas:ſemen: ⁊ caro. Cor
tex eſt calid⁹.⁊ valet contra paraliſim. Oleum factum de citro
valet contra tremorem cordis:qꝛ aromaticuʒ eſt. Caro pōtica ē
⁊ groſſa in digeſtione.⁊ ꝑpter ſui indigeſtioneʒ nocet ſtomaco.
vnde non poteſt digeri. Acetoſitas frigida eſt ⁊ ſicca . Diacitrō
valet contra paſſiones ſtomaci ex calefactione:⁊ cōfortat ſtoma
cum debilitatum ex laſſitudine.eſt enim ſtipticum ⁊ infrigidat.
etiā contra fluxum ventris collericum malitiam reprimendo:⁊
contra cardiacas paſſiones ex calida cauſa.qꝛ frigidum aromati
cū eſt. vnde valet ꝯtra tales cardiacos: valet etiaʒ contra paſſio
nes ſtomaci ex ſua acetoſitate. valet ei⁹ oleū ꝯtra paraliſim.

Diacitoniten ex citoniis ſit ſiue coctanis qꝺ idem eſt:⁊ eſt quoddam cum ſpeciebus:⁊
quoddam eſt ſine ſpeciebus.⁊ eſt quoddam ſimplex ſiue confor
tans.aliud laxatiuum in quo ſcamonea cōmiſcetur.⁊ idem ē me
lius de electuariis in quibus ſcamonea cōmiſcetur. Citonia ſūt
frigida ⁊ ſicca ſtiptica ſtomacum confortant:⁊ ab eis dicitur dia
citoniten.contra indigeſtionem valʒ.qꝛ ſtomacum confortat:cō
tra etiam vomitum valet: ventoſitatem etiam precordiorūʒ re
mouet.qꝛ confortat digeſtionem: ventoſitas per indigeſtionem
ſit.bonum colorem facit ꝑpter bonam ſuam digeſtionem. valʒ
contra fluxum ventris:qꝛ conſumit ventoſitatem:⁊ cōfortat ſto
macum:⁊ bonum odorem facit:⁊ confortat mirabiliter : ⁊ valet
hominibus delicatis. Et aliqui faciunt ſine ſpeciebus corticem
citoniorum remouendo :⁊ poſtea coquunt carnem inciſam in
fruſta:⁊ poſtea zuccarum cōmiſcent:⁊ hoc ſimpliciter ſine ſpecie
bus laxatiuum eſt vt dictū eſt.cū aqua calida dʒ dari ī ſero : aut
cū vino poſt prādium in mane. ⁊ ſero poſt cenam.

Dyaciminuʒ a cimino ē dictum qꝺ ciminū eſt cali duʒ ⁊ ſiccum.eius aqua albefacit fa
ciem in eſu:etiā comeſtum non multū facit colorē bonū.ſed mul
tus vſus ei⁹ citrinat ipʒ ſua ſubtilitate ⁊ caliditate.⁊ ſic ciminū
ventoſitatē ꝯſumit: valet ꝯtra colicā paſſionē. qꝛ ī ea ē ventoſi
tas.oleū de cimino ⁊ farina fabaꝝ ⁊ pauco melle: valʒ ꝯ inflati

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0570-5
DFG

onē teſticuloꝝ. valet etiā ɔtra paſſionē pectoris ex frigida cā. q꞉
cā calefacit ⁊ īcidit꞉ ⁊ vētoſitatē ɔſumit꞉ valet forte aſmaticis ⁊
in ſtomaci frigiditatē cā dicta. quartanariis valet ⁊ māni eiꝰ cō
ſumit ⁊ incidit et typū febris mitigat. q꞉ calefacit māni ⁊ conſu
mit ventoſitatē vt dictū eſt. q꞉ miro modo prodeſt꞉ digōnē ꝓcu
rat mirabilr̄ datum poſt ɔmeſtionem.

**Dyagalága** dicit̄ a galāga꞉ ⁊ ē radix rubea caĺa ⁊ ſic
ca ī ſcđo gradu. ⁊ valꝫ ɔtra ſtōaci frigi
dā paſſionē ex vētoſitate vel ex flate. q꞉ caliditate ⁊ ſiccitate ɔſu
mit꞉ ⁊ aromaticitate ɔfortat. hꝰ etiā radix ſoluit vētoſitatem. et
iō ɔpetit ɔtra colicā paſſionē. ⁊ ē galāga baſis ī hoc electuario.
℃ Zinziber ɔditū fit ex zinzibere꞉ ⁊ hꝫ vim pipis. ſed eſt minus
calidū pipe. Iſtud tñ zinzi. magis calefacit q̃ꝫ pip cū ſit groſſiꝰ.
Et ideo cū incipit calefieri fortio꞉ in eo calo꞉ īprimit̄ ⁊ fortiorē
īprimit. ⁊ eſt calidū ⁊ ſiccū꞉ hꝫ hūiditatē꞉ qđ ſcitur p ſuā citā pu
trefactionē ſtomacū ɔfortat ſua caĺitate꞉ memoriā iuuat ſupfluā
hūiditatē cerebri abſtergēdo bonū epi ⁊ ſtomaco. q꞉ digōnē con
fortat ſupfluā humiditatē ɔſumēdo. vñ cū fructibꝰ indigeſtibi
libꝰ comedit̄ vt cōſeruet digōnē. zinzi. ɔditū valet paſſionibus
capitis ⁊ pectoris ex materia ſupflua hūida mūdificando ſuper
fluā humiditatē. In india ⁊ alexādria fit hoc mō accipit̄. zin. vi
ride ⁊ coqtur fortiter vſqꝫ quo fit multū molle. ⁊ cū melle vl̄ zuc
caro miſcet̄꞉ ⁊ tantū eſt dux ꝙ vir pōt cū cultello īcidi. aliqñ fit
ex zinꝫ. ſicco ī fruſta īciſo ⁊ poſtea poſito ī vaſe ī terra ita ꝙ mol
lificat̄꞉ deniū miſcet̄ cū zuccaro vel cū melle.

**Viſum** eſt ſupiꝰ de digōne ⁊ de mō digōnis. Nūc videa
mus de mō exhibēdi digeſtiua ſicut ſūt ſirupi ⁊
electuaria. Et ꝓpter hoc querit̄ vtrum ſirupꝰ debeat dari poſt
cibū ſm artē. ⁊ videt̄ ꝙ nō. q꞉ ſirupus nō debet dari poſt reꝫ im
pedientē ſuā operationē ſiue digōnem. ſed cibꝰ p̄mo aſſumptꝰ
impedit digōnem ſiue opationem faciendā a ſirupo cū cibꝰ ſua
groſſitie īpediat trāſitū ſirupi ad māꝫ digerēdā. ergo ⁊c. ℃ Itē
yſaac ī dictis vniuerſalibꝰ dicit ꝙ cibꝰ groſſus nō dꝫ dari ante
ſubtilē cū ipe īpediret trāſitum ſubtilis꞉ ſed poſt. ergo a ſimili cū
cibus ſit groſſus꞉ ſirupꝰ vero ſubtilis꞉ ſirupꝰ debet dari ante cibū
⁊ nō poſt. ergo ⁊c. ℃ Oppoſitū dicit gal. ꝫ. acutoꝝ. dicit enim ꝙ
ſirupus ante cibū debet dari. vt ibidē dicit hyp. ⁊ nihil ꝓhibet
a potu eius. ſ. ſecankabin poſt acceptionem cibi.

**Conſequenter** q̄rit̄ vtrū ſirupꝰ debeat dari cū aq̄
vel ſine. Et videt̄ ꝙ nō cū aqua.
q꞉ omne qđ miſcetur cū alio debet eiꝰ nocumētū reꝑmere ⁊ vir
tutē eiꝰ ɔfortare. Agit̄ cū aqua diminuat virtutē ſirupi nō debet
cōmiſceri cū eo. minor declarat̄ p gal. ꝫ. ſimplicis medicine q di
cit ꝙ aqua diminuit virtutē eiꝰ cui admiſcet̄ ⁊ tollit ſaporem.
℃ In oppoſitū eſt vſus cōis omnium.

**Tertio** querit̄ vtrū cū aqua caĺa vel frigida. ⁊ videt̄ ꝙ
nō cū aqua frigida. q꞉ dič hy. ꝙ aq̄ frida nō dat
vigorē nec penetrat. talia āt nō ɔpetūt ſirupo꞉ q꞉ dꝫ trāſire. ğ ⁊c.

**Solutio** ad p̄mā qōnem. dōm ꝙ de ſirupis debemꝰ da
re ī mane nō ſolū tria coclearia vel q̃tuo꞉. q꞉ in
magno ſtomaco citius ɔſumeret̄ anteq̃ꝫ veniret ad mēbrū꞉ ſicut
pax vini in magno poculo. ℃ Ad qōnem ergo dico ꝙ in ſanis
bolbus poſt cibū non eſt artificioſum dare ſirupū꞉ imo melius ē
nō dare ipm꞉ q꞉ corrūperet̄ a cibo ſua opatio. q꞉ ergo cibꝰ aſſum
ptus ī magna q̃titate nō pmitteret ipm trāſire ꝓpter hoc ī ipis
bolbus q vtunt̄ multū groſſo cibo꞉ nō ɔuenit ſirupus poſt cibū
niſi ſit poſt longū tp̄s. vñ ī quadrageſima q꞉ nō comedūt boles
niſi ſemel ī die. ſ. ī meridie꞉ ⁊ cibꝰ pōt digeri ante noctē ⁊ trāſire
ad epar. tūc in nocte pōt dari ſirupꝰ. ſed ī feb. acuta bñ pōt dari
ſirupus poſt longū tp̄s. ſ. poſt digeſtionem cibi. cibus eni febrici
tantiū eſt paucus ⁊ ſubtilis ⁊ facilis digōnis꞉ vt aqua ordei. ⁊ iō
viā aperit ſirupꝰ. ⁊ ideo pōt dari poſt cibū talem꞉ lꝫ in quadrage
ſima poſſit dari in veſpere ſecure ī pauca portione꞉ tñ dꝫ dari ī
mane ī magna portōe꞉ ⁊ nō in ſero. debet tñ dari ante cibū ſim
pliciter ⁊ ſine digōne ſecurius. q꞉ tūc ſtomacū mundificando ad
bonā ſuſceptionem preparat꞉ ⁊ viā cibo vt melius poſſit trāſire
aperit. ℃ Auctoritas hyp. ⁊ gali. debet intelligi in fe. in qbꝰ da
tur cibus lubricus ſubtilis cito digeſtibilis poſt cuiꝰ tātā digeſti
onem pōt dari ſirupus cui ſirupo trāſitus preparatur. ℃ Ad il
lud qđ ſecūdo querit̄. vtrū cū eo aqua debeat ɔmiſceri dōm ꝙ
ſic. Et ſi queras quare꞉ dico duplici de cā꞉ aqua ɔmiſcetur cuꝫ ſi
rupo. vna eſt vt abominatio remoueat̄. ſcđa vt ille ſirupꝰ facilr̄
trāſire poſſit ꝓpter illā aquā. q꞉ illa aqua aliqñ ſirupū ſubtiliat.
q꞉ ergo nō ē eadem abominatio ī ſirupis꞉ pauca eni eſt in ſirupo
viol. ſed multa eſt ī ſirupis in qbus ponit̄ abſinthiū꞉ ⁊ ſilia ama
ra ideo q̃tum ad hoc minꝰ eſt ponendū de aqua in ſirupo vio.
q̃ꝫ in ſirupo de abſinthio. Nō ergo eſt certa ⁊ determinata quan
titas aque ponēda ī ſirupis꞉ imo in qbuſdā plus꞉ ī qbuſdā minꝰ.
℃ Itē ſirupi in eſtate magis coquūtur q̃ꝫ ī hyeme vt meliꝰ cō
ſeruētur. ⁊ ne medicina cito a calido eſtiuo putreſiat ꝓpter ex
alationē caloris naturaĺ ſecū ducētis humidū naturale ad exte
riora a calore extraneo ⁊ excedenti. iō plus debet poni de aqua ī
eſtate q̃ꝫ in hyeme.

**Ad argumenta** dōm ꝙ aqua diminuit eiꝰ virtu
tē ī ſapore. ꝓpter hoc ibi ponit̄
q꞉ ſapor eſt abominabilis꞉ nō tñ tollit ei virtutē penetrādi p an
guſtas vias ad epar꞉ imo iuuat ipm ſubtiliando꞉ neqꝫ ī opando
minuit poſtea virtutem poſtq̃ꝫ ad epar penetrauit꞉ q꞉ nā diuidit
eā a ſirupo ⁊ ſequeſtrat꞉ ⁊ ad renes mittit eā cū vrina. ℃ Ad ter
tiā qōnem dico ꝙ aqua calida dꝫ poni ī ſirupo ī oī tp̄e niſi ī eſta
te valde feruēti ⁊ ī morbo calidiſſimo. cā eſt. q꞉ aqua calida caĺi
ditate ſua actuali digerit materiā ſi eā cū caliditate ſua attingat꞉
etiā ipa caliditate ſua apiendo vias meliꝰ facit vt ſirupꝰ tran
ſeat ad materiā morbi q̃ꝫ ſi eēt frigida꞉ ⁊ etiā iuuat ſirupū ad di
geſtionē materie plus ſua caliditate q̃ꝫ frigiditate ſua. qđ patꝫ p
yſaac p̄mo viatici. ca. đ amore hereos꞉ q dicit ꝙ qdā ītrātes bal
neū ad cantandū aiant̄. ℃ Ad argᵐ dōꝫ. ꝙ aqua frigida q̃tuꝫ
eſt de ſua frigiditate nō trāſit꞉ tñ ſua ſubſtātia ⁊ ſubtilitate tran
ſit. vel dōm ꝙ aqua frigida facit trāſire ſirupū꞉ ⁊ ſirupꝰ aquā fri
gidā. vñ mixtū ex iſtis duobꝰ meliꝰ trāſit q̃ꝫ alterū ꝑ ſe. ⁊ aqua
deficit ī trāſeundo ſua frigiditate꞉ ⁊ ſirupus ſua groſſitie꞉ aq̄ aūt
mixta cū ſirupo dat ei ſubtilitatē꞉ ⁊ ſirupꝰ dat aque caliditatē vt
oriel vl̄ aliqd tale. nec aqua tūc ɔgelat nec ſirupi īpedit viaꝫ꞉ ſi
cut diximus de aqua mixta cū vino rubeo groſſo facit ipꝫ pene
trare ⁊ vinū aquā. Ideo dicit auic. ꝙ vinū limphatū citiꝰ inebri
at q̃ꝫ purū꞉ q꞉ citiꝰ trāſit ⁊ caput petit. q꞉ ſubtiliꝰ factum ē ⁊c.

**Deinde** q̄rit̄ vtrū eĺia dbeāt dari añ cibū vl̄ pꝰ. Q̄ ñ añ
arᵐ. q꞉ vinū ꝓhibet̄ añ cibū cū ſit calidū. ergo ele
ctuaria cū ſint calida añ cibū nō debēt exhiberi. ℃ Itē ſomnus
añ cibū ꝓhibet̄꞉ q꞉ calorē ad īteriora retrahēdo ſtomacū calefa
cit꞉ q calor fortis ſtomaci īueniēs ſubſtātialē humiditatē diſſol
uit. Sed electuaria cū ſint calida ſtomacū calefaciūt. ergo nō de
bent ante cibum exhiberi.

**Contra.** ꝙ nō debeāt exhiberi poſt. ⁊ ita electuaria nū
q̃ꝫ erūt exhibēda. q꞉ electuaria ſunt caĺa ⁊ pene
tratiua. ſed talia faciūt cibū indigeſtū trāſire. ergo electuaria cuꝫ
ſint calida nō debēt poſt cibum exhiberi.

**Conſequenter** q̄ritur vtrū cū debemꝰ exhibere ſi
rupū ⁊ electuariū qđ debemꝰ pre
ponere. ℃ Solutio ad p̄mā qōnem. q꞉ electuaria aut dātur ꝓ
pter ſtomacū꞉ aut ꝓpter alia mēbra꞉ vt triaſādali ꝓpter epar꞉ aut
dyamargariton ad confortationem cordis꞉ pliris ad conforta
tionem cerebri꞉ electuarium ducis ad ɔfortationē veſice꞉ ⁊ dya
coſtū ad deopilationē ſplenis. Si demus electuaria ꝓpter alia
mēbra a ſtomaco q̄ ſunt remota ɔfortāda꞉ ⁊ ꝓpter materiā que
ī eis eſt digerēdā꞉ tūc debemꝰ ea dare añ cibū ⁊ nō poſt. q꞉ cibus
īpediret electuariū trāſire ad mēbra q̄ debemus confortare ⁊ ma
teriā ī eis digerere. Si vero det̄ electuariū ꝓpter ſtomacū꞉ hoc
eſt duplr̄. aut q꞉ ſtomacꝰ ē malus ⁊ peccās ī ſe. ſ. q꞉ ipe eſt nimis
calidus꞉ vel nimis frigidus꞉ vel nimis ſiccus꞉ vel nimis humidꝰ.
vel q꞉ hꝫ in ſe aliquā humiditatē ſupfluam꞉ tūc demꝰ electua
ria añ cibū꞉ vt peccatū ſtomaci corrigēdo ꝑparet ad hoc vt poſ
ſit cibū digerere. Si aūt detur electuariū꞉ nō q꞉ ſtomacus peccet
ī ſe꞉ ſed ꝓpter viciū cibi. aut hoc ē q꞉ cibꝰ eſt nimis groſſus꞉ vt ca
ro bouina. aut q꞉ vētoſus vt fabe. aut q꞉ nimis pinguis ⁊ natās ī
ſtomaco. aut q꞉ nimis calidus humidus frigidus aut ſiccus. tūc
detur poſt cibū. ſi. n. daret̄ ante cibū citius exiret ſtomacū q̃ꝫ poſ
ſet corrigere viciū cibi. ſi aūt ſit cibus natans꞉ vel q꞉ multꝰ vt in
guloſis꞉ vl̄ q꞉ pinguis꞉ tūc poſt cibū ɔpetit diacitōnitē. q꞉ ɔſtrīnū ē
ſua ſtipticitate. nec eſt nimis calidus꞉ iō nō facit citius debito ci
bū ante ſui digōnem trāſire. vñ ſunt cauēda electuaria nimis ca
lida penetratiua diuretica꞉ ſicut diatriō pipion꞉ diacalamītū꞉ dia
niſū. q꞉ facerent cibū trāſire ante digōnem ſui. ſed ſi q꞉ ventoſus
tūc ɔpetit ɔſumens vētoſitatē꞉ ſicut diaciminū. ſed cū mō. q꞉ fa
ciet trāſire cibū ante ſui digōnem. iō cōmiſceat̄ cū eo diacitonitē
vt p diacitonitē remaneat ⁊ p nāmi ſuā vētoſitatē ɔſumat. aliqñ
aūt vt meliꝰ poſſumꝰ electuaria accipimꝰ. ⁊ tūc iſta nō cauemꝰ.

**Ad primū** arᵐ dōꝫ. ꝙ vinū nō ꝓhibet̄ añ cibū꞉ q꞉ caĺꝫ꞉
lꝫ q꞉ facilr̄ trāſiens ante ſui digōnem ⁊ pene
trās mentē ꝑcutit ledendo neruos. q꞉ cum ipm ſit calidū꞉ ⁊ ner
ui ſint flegma coagulatum꞉ ideo ipſos diſſoluit ⁊ nocet eis. ⁊ hec
eſt vna cauſa. quare nocet neruis vinum ſumptum ante cibum.

**Paulinum** antidotum: paulinum idest magnum. antidotuꝫ: ⁊ contra datum: qꝛ magnam virtutē ⁊ efficaciam habet ⁊c.

**Circa** euacuationem per ſeceſſum quatuoꝛ ſunt viſa. ℭ Pꝛimum eſt que ſunt illa que impediūt medicinam per ſeceſſum: ⁊ que ſunt illa que rectificant eam. ℭ Secundum fuit modus pꝛeparandi coꝛpoꝛa que debent euacuari. Tertiuꝫ fuit quomodo debet medicina pꝛeparari per quā debꝫ fieri euacuatio. Quartum fuit de nocumentis que eueniunt coꝛpori humano ex exhibitione medicine: ⁊ de remediis cōtra ipſa. ℭ Nūc circa euacuationē adhuc duo videamꝰ. quoꝝ pꝛimū ē de ſignis complete euacuationis facte per medicinam ſeceſſiuā. ℭ Secundum eſt de regimine patientis poſt euacuationem. Et pꝛimo dicamus de ſignis complete euacuationis. ℭ Et ſciendum ꝙ completa euacuatio facta per medicinam ſeceſſiuam habet quatuoꝛ ſigna. ℭ Pꝛimum eſt facilitas euacuationis et leuitas patientis. quia dicit galie. ſupꝛa illum affoꝛ. quarte particule. In farmaciis qualia ducere ⁊c. ꝙ cum eger ſentit alleuiationem: ſignum eſt ꝙ materia nociua eſt expulſa ⁊ facilitas euacuationis: ſignificat ꝙ materia eſt digeſta que euacuatur. ℭ Secundum ſignum bone ⁊ complete euacuationis eſt ſitis patientis ſcđꝫ hypo. in quarta particula. Quicunq̄ʒ in farmaciis non ſitiunt. ⁊ auic. recitat hunc affoꝛiſmum ſcđꝫ galie. in quinto. ⁊ dicit ꝙ habet calumniam: ſi intelligatur de ſiti ex quacunq̄ʒ cauſa veniat. Sitis enim poteſt induci quatuoꝛ de cauſis poſt euacuationem: vel poſt potionem medicine. vno modo ꝓpter cōplexionem ſtomaci calidam ⁊ ſiccam. in talibus enim de facili inducitur ſitis. Secundo modo ꝓpter materie caliditatē ⁊ ſiccitateꝫ inducentē caliditatē ⁊ ſiccitatē in oꝛe ſtomaci. Tertio modo propter humoꝛes calidos attractos ⁊ cōmotos ad ſtomacuꝫ: a quibus fumi reſoluuntur qui os ſtomaci deſiccant ⁊ calefaciunt. et ad hoc ſequitur ſitis. vnde tunc habent ſitim poſt quatuoꝛ ſellas aut quinq̄ʒ. ⁊ ſitis iſta tribus de cauſis veniens non ē ſignū bone ⁊ complete euacuationis. Quarto modo cauſatur ſitis a pꝛiuatione humoꝛum ⁊ membꝛoꝝ inanitione: que inanita a ſtomaco trahunt ⁊ ipſum deſiccant: ex quo ſitis oꝛitur. ⁊ hec ſitis ē ſignum bone euacuationis. Videat ergo medicus ex quo ſitis cauſetur. ſi enī videt ꝙ iſte eſt frigidus ⁊ humidus: ⁊ ꝙ ſit flegmatis euacuatio: ⁊ medicina ſit frigida humida: aut nō multum calida ⁊ ſicca. tunc ſi habeat ſitim: tunc eſt ſignum bone ⁊ cōplete euacuationis. ℭ Tertiū ſignum eſt ſomnus ꝓfundus. ⁊ hoc dicit auic. lib. pꝛimo: fen. quarta. capi. quarto. Somnus pꝛofundus poſt ſolutioneꝫ ventris ⁊ vomitus: ſignum eſt ꝙ coꝛpus eſt mundificatum: ⁊ ꝙ medicina contulit. Et idem dicit auic. tertio libꝛo. capi. de ſubeth. ⁊ hoc idem vult galie. ſupꝛa illum affoꝛiſ. quarte particule. Cum volueris ducere: moue coꝛpus cum volueris ſiſtere ſomnum fac ⁊ noli mouere. cum enim poſt potionem eſt ſomnus ꝓfundus natura pacificata eſt. vnde a ſomno cognoſcitur quies ⁊ pacificatio virtutis. ℭ Quartū ſignum eſt mutatio egeſtionis. vnde ſi in patiente purgetur flegma ⁊ pꝛius habebat egeſtioneꝫ atteſtantem ſupꝛa flegma: ⁊ poſtea mutetur bonuꝫ eſt: qꝛ ſignuꝫ eſt bone euacuationis: ⁊ qꝛ materia flegmatica eſt euacuata: ⁊ ſi non mutetur malum eſt. vnde hyp. i quarta particula affoꝛ. Egeſtiones nigre male: ⁊ q̄ʒtuncunq̄ʒ coloꝛes fuerint plures: non malum ſed bonū: ſignuꝫ enim eſt ꝙ farmacū euacuat materiam malaꝫ: ⁊ poſtea cōmutatur. ſignum eſt tunc ꝙ mala materia eſt digeſta. Unde ſemper in pꝛincipio moꝛbi: qꝛ hoc non fit vi nature: ſed moꝛbi. Unde ſecundo affo. mutationes egeſtionum ⁊c. ⁊ hoc eſt verum in fine digeſtionis. i. poſt digeſtionē male materie ⁊ non ante.

**Nunc videamus** de regimine patiētis poſt euacuationem. Et de hoc dantur decem regule. ℭ Pꝛima regula eſt de motu patientis. quia pꝛimum quod iniungitur patienti poſt exhibitionem medicine eſt motus. ⁊ ideo etiā pꝛīa regula ē de motu. qꝛ regitur patiēs poſt exhibitionem medicine. Regula eſt hec. qꝛ ſicut ante exhibitionem medicine patiens debet quieſcere. ita poſt exhibitionē medicine patiens debet moueri: ne ſuperfluitates aggregentur. ſed tamen ſciendꝫ ꝙ ſi medicina ſit ſubtilis tunc debet moueri per motum ne virtus reſoluatur. Si autem eſt groſſa debet paulatine moueri. vt medicina deſcendat inferius: ſicut poſt exhibitionem cibi groſſi ne noceat oꝛi ſtomaci: ⁊ vt citius a caloꝛe ſtomaci in fundo foꝛtioꝛi poſſit diuidi: ⁊ citius attrahere: ⁊ poſt cum habeat nauſeam non debet moueri. qꝛ tunc augmentaretur. vnde auic. lib. pꝛimo. capi. de exercitio: dicit ꝙ patiens debet quieſcere quouſq̄ʒ anima eius ſit ſedata. qꝛ anima trahitur ꝓpter ventoſitatem medicine. Unde auic. dicit capi. pꝛedicto: ꝙ non eſſet laboꝛioſum eas bibere niſi eſſent venenoſe. ⁊ per motuꝫ illū plus mouetur fumus ventoſus medicine. qꝛ ſcđꝫ hypo. quarto. affo. motio coꝛpus turbat. ideo debet quieſcere quouſque dimittat appetitum vomendi. ℭ Secunda regula eſt de ſomno: ⁊ eſt ſi medicina ſit debilis: ſicut eſt que datur in liquida ſubſtantia: tūc non debet iniungi ſomnus ſcōm auic. in pꝛimo. ne natura foꝛtificata in ſomno medicinā digerat: ⁊ virtus attrahēdi a medicina auferatur. Sed ſi ſit groſſa: tunc debet doꝛmire vt natura ipſā diuidat. ℭ Tertia regula eſt: vt poſt exhibitionē medicine bonum eſt vt detur ſuccus ſtipticus: vt ſuccus maligranati: aut ſuccus vue agreſtis: vt per hoc cōfoꝛtetur ſtomacus ne materiam aliunde recipiat. vt per hoc vomitus īpediatur ⁊ pꝛohibeaᷓ: bonum eſt tū vt ante exhibitionē iſtius ſucci ſtiptici: detur aqua calida vt lauet ſtomacū: ⁊ impediat poꝛtionis alicuius inherentiā ſtomaco: ⁊ deinde confoꝛtetur cuꝫ ſucco ſtiptico: ne humoꝛes recipiat. ⁊ hoc vult hypo. ⁊ galie. in quinto acutoꝛum: ꝙ debꝫ dari aqua oꝛdei poſt exhibitionem medicine ꝓpter cām dictam. ℭ Quarta regula ē vt pꝰ exhibitiōꝫ medicīe ⁊ ꝯfoꝛtatiōꝫ oꝛis ſtomaci per pꝛedicta: bonuꝫ eſt vt ſupꝛa ventrē ponātur calida: nō vehementer tamen. qꝛ ſi eſſent vehementer calida: attraherēt in contrariū medicine. Illa autē calida faciunt ad attractōēs medicine. qꝛ cū medicine aſſociatur caliditas fit foꝛtioꝛ attractio ſcōm galie. in quinto ſimplicis medicine: ⁊ iuuat ad hoc vt medicina cito diuidaᷓ a caloꝛe naturali: ⁊ citius operetur. vnde bonū eſt ponere pedes in aqua calida. qꝛ per hoc totū coꝛpus calefit: etiā bonū eſt tegulā aliquantulū calidā ſupꝛa ventrē ponere. ⁊ hoc vult auic. ℭ Quinta regula: ꝙ cū medicina incipit operari: tunc patiens debet moueri paulatine. qꝛ per hūc motū medicina ad inferioꝛa deſcendit: ⁊ per hoc nocumentū eius impediᷓ. ⁊ ſcōm galie. motus iſte iuuat ad motum humoꝝ: ⁊ per hoc faciliꝰ expellitur. ⁊ hoc vult galie. ſcđo acutoꝝ: ⁊ etiā raſis. ℭ Sexta regula eſt ꝙ patiēs nō dꝫ comedere nec bibere poſtq̄ʒ medicina īcepit mouere quouſq̄ʒ ꝯpleta ſit euacuatio: ne ꝑ hoc virtus medicine īpediatur: exceptis tribꝰ caſibus. Pꝛimus caſus ē qn̄ ſtomacus ē calidus ⁊ ſiccus. ne igiᷓ iſta caliditas ⁊ ſiccitas intendantur ⁊ fe. ꝯſequaᷓ: bonū eſt dare aquā calidā aut ſirupū viol. ⁊ hoc vult gal. ſcđo acutoꝝ. ℭ Scđs caſus ē qn̄ mixta colera ad ſtomacū venit: q̄ inoꝛdinationē ⁊ leſionē ⁊ coꝛruptiōꝫ īducit: aut ibi remanens putreſit ⁊ fetere facit. ℭ Tertius caſus ē cū patiēs magnā famē habuerit anq̄ʒ medicina ſuū opus ꝯpleuerit. ⁊ tūc dandus ē cibus anq̄ʒ medicina ſuā ꝯpleuerit opationē aliquotiēs accidit ꝙ nimis tarde mouet. vt ꝑ vnā diē aut. ij. ⁊ tūc ſi obe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0582-3
DFG

mus expectare c ompletam euacuationem: ſed debemus dare mi cam panis in tin ctam in aliquo ſucco confoꝛtatiuo ⁊ aromatico ne egro feb. fiat. ⁊ fames nimis intendatur. ⁊ fiat coꝛpoꝛis deſiccatio bonum eſt. tunc eos aliquo ſucco confoꝛtante: vel cibo nō tamen impedie nte attractionem medicine dietare.

¶ Septima re gula eſt: ꝙ poſt euacuationez completam debet ſomnus iniungi. licet apud quoſdā medicos non ſit bonum cum vt dicūt non inueniatur ab auctoꝛe aliquo: ⁊ ratio coꝛum ſecūduz aui. hic. qꝛ ſomnus ſtomaco inanito nō debet prouocari ſecūdū auicē. Galie. tamen dicit ſupꝛa illū affoꝛiſmuz quarte particule. cum volueris ducere elleboꝛuz ⁊c. qꝛ ſomnus debet iniungi poſt medicinam. qꝛ ſicut per medicinam natura irritatur. ita in ſomno ⁊ quiete cōfoꝛtatur. ¶ Octaua regula eſt ꝙ poſt ſomnum debet comedere paru. qꝛ virtus eſt debilis. ne ergo cibo multo ſuccūbat. dandus eſt paucus cibus. ⁊ hoc dicit Galie. pꝛimo ⁊ ſecūdo affoꝛiſmo. ⁊ in libꝛo acutoꝛuz dicit idem: vnde q̄to plus euacuatur: tanto minus comedatur eo ꝙ plus eſt debilitata virtus. Et q̄to minus euacuatur: tanto plus comedat. ¶ Et tñ ſciendum ꝙ iſte cibus dz diuerſificari poſt euacuationē ſecundum diuerſitatem euacuationum factarum per medicinas: ⁊ ſecundū diuerſitatem patientium. Aliquando. n. flegma euacuatur. ⁊ eſt patiens cōplexionis frigide. Et tunc poſt euacuationē factam per medicinam bonū eſt dare cibum calidum inciſiuum ſecundum auicē. in pꝛimo vt naſturcium. ⁊ cauſa eſt. qꝛ cum poꝛtio materie ſit euacuata. ⁊ nō tota. qꝛ totam non debemus euacuare pꝛopter virtutis debilitatem. tūc per illum cibum calidum inciſiuū datum reſiduum nature conſumetur: ⁊ ſtomacus caleſit ſi colera euacuetur ⁊ ſtomacus ſit calidus bonū eſt vt detur lactuca pꝛimo. pꝛeterea poſt euacuationem bonū eſt dare aquam calidam. vt lauetur inteſtinum anteq̄ȝ cibus ſumatur: ſed aliqui dant aquam frigidam poſt euacuationē ⁊ poſt flobotomiā: ſed hoc eſt malū niſi in caſu vno. ſ. quando doloꝛ eſt in epate. ⁊ calefactio que eſt ibi ꝑpter ſcēſionē ⁊ motū cole ideo tunc eſt bonū dare aquam frigidam eius incenſionem mitigantē. In aliis caſibus nocet. qꝛ frigidum actu eſt inimicuz mēbꝛis neruoſis. ¶ Nona regula eſt. qꝛ ſecunda die poſt pꝛedicta debet intrare balneum niſi ſit multum debilitatus tūc non detur: ſed ſi ſit foꝛtis. tunc ſecundum aūē die ſecunda debet intrare balneū: ſecunduz ꝙ vult auicē. in pꝛimo: licet antiqui dicant contrarium. Unde qui euacuatur ſecunda die intrat balneum: attamen eadē die in qua data eſt medicina non debet itrare balneum. Unde cū nos timemus nimiuz fluxū ventris. ⁊ balneum ſtringit ventrem ſecūdum Galie. tertio acutoꝛuz ſupꝛa illam partez. balneare humidū habentibus ventrem. balneuȝ ſtringit ventrem trahendo materiam ad partē oppoſitā. ¶ Itez dicit Galie. tertio affoꝛiſmoꝛum ſuper illo affo. in tempoꝛibus calidis pluuioſis ⁊c. balneum trahit materiam vel humoꝛem ad exterioꝛa ſed ſi timeam⁹ nimium fluxum ventris. tunc bal. debet ſecunda die dari. qꝛ euacuat reſiduū materie. medicina enim humoꝛes mouendo fumi ad cutē eleuantur qui per balneum poſtea euacuantur. ⁊ cū hoc. qꝛ per balneum deſiccatum coꝛpus per medicinam humectat. qꝺ autez reſiduuȝ ē materie euacuet. ⁊ humectet. hoc dicit Galie. tertio affoꝛiſmoꝛum. bal. euacuat que cuti vicinantur ⁊c. ¶ Decima regula eſt ꝙ vltimo. ſ. die tertio debet fieri flobotomia. ꝙ mali fumi ab humoꝛibus reſoluti inficientes humoꝛes euacuantur. qui ſi ibi remanerent coꝛruptionē in humoꝛibus inducere poſſent.

**Reſtat** dicere de tribus electuariis tantum. Quoꝛum pꝛimum eſt benedicta. ſecundum catarticon īperiale tertium eſt paulinum.

**Benedicta** dicitur eo ꝙ ab omnibus ſumētibus eam benedicitur. Iſtud autez electuarium ſecūdum Nicolaum a dominio euacuat flegma: ſed credo ꝙ non eſt verum. Si inſpiciamus ad eius receptā. Eſt enim ibi de dyagridio. ℥. v. ⁊ huiuſmodi. ⁊ turbit ⁊c. ſȝ. ℈. i. de ſcamonea magis euacuaret. ⁊ dominaret in euacuando humoꝛē ad quem habet aſpectum q̄ȝ. ℥. i. vel. ii. turbit. ⁊ huiuſmodi aut aloes. Si vero volumus per eam euacuare flegma debemus ſcamoneam diminuere aut alia augmentare que flegma euacuāt: vt aloe. agaricus ⁊ turbit in tantū ꝙ dominent in euacuatōe flegmatis. reſpectu ſcamonee in euacuatione colere. In hoc electuario turbit radix ē baſis ⁊ ideo de eo videamus. Turbit eſt quedaȝ radix calida ⁊ ſicca. illud aūt qꝺ eſt album concauuȝ eſt melius. ⁊ expellit humoꝛes cōtentos in ſtomaco ⁊ inteſtinis. ⁊ illud qꝺ euacuat eſt flegma ſubtile quantum eſt de ſe: ſed cum zinzibere euacuat groſſum flegma ſcōm auicē. Item aduſtum humoꝛem euacuat: ſed differēter ſcȝ. qꝛ ipm euacuat cum datur in liquida ſubſtātia: ſed cuȝ datur in puluere euacuat flegma. vnde raſis tertio almāſoꝛis facit puluerem de hoc valde bonum ad flegmatis euacuationez. ita ꝙ accipitur de turbit ſcōm ꝙ competit ad egritudinez. ⁊ ipſi patienti. qꝛ aliquando plus: aliquando minus: ⁊ in ſubdupla pꝛopoꝛtione de zinzibere: ⁊ de zuccaro q̄tuȝ de omnibus iſtis. vnde recipit. ℥. x. turbit ⁊ zinzib. ℥. v. ⁊ zuccari. ℥. xv. ⁊ hoc eſt valde bonum. qꝛ ſȝ ꝙ poſtea videbit. pꝛimo debet de baſi medicine accipi q̄tuȝ ꝯpetit patienti ⁊ poſtea in ſubdupla ꝑpoꝛtiōe de iuuamēto. vt ȝiȝib. ℥. v. cuȝ accepte ſint turbit. ℥. x. ⁊ qꝛ iſta ſunt calida ⁊ ſicca. ideo ad repꝛeſſionem caliditatis ⁊ ſiccitatis eoꝛum apponitur de zuccaro q̄tum de illis duobus. Benedicta purgat flegma a iuncturis ⁊ renibus ⁊ veſica. vnde valet: vt dicit Nicolaus ad arteticaȝ ⁊ podagram. Sunt enim aliqua que confoꝛtant ſtomacuȝ. qꝛ ſcamonea eſt inimica ſtomaco vt garioſi. ro. ⁊c. Unde iſta ſunt ibi refrenantia maliciam medicine. Alie ſunt ibi medicine ſimplices que liquefaciunt flegma in renibus. vt ſaxifragie: miliū ſolis: alie que in iuncturis. vt macropiper: ſparagus: carui: feniculus ⁊c. aliquid qꝺ confoꝛtat coꝛ: vt macis ⁊ crocus. qꝛ ſcamonea eſt inimica ſtomaco ⁊ coꝛdi: ſal gemma eſt ibi vt medicinaȝ faciat deſcendere citius ne ſtomaco noceat ⁊ ſunt ibi alique medicine q̄ ducunt alias ⁊ liquefaciunt flegma: ac incidunt. vt ſemen feniculi: carui. ⁊c. ⁊ ſunt ibi huiuſmodi qui habent aſpectum ad iuncturas. trahunt enim flegma a iuncturis ⁊ confoꝛtāt ſua ſtipticitate: quā habent: iuncturas ne materiam recipiant. ⁊ ideo cum volumus dare benedictā per membꝛa iuncturalia debemus eā cum alio componere q̄ȝ ſit hic. qꝛ debemus augmentare huiuſmodi: eo ꝙ ad hoc habeat aſpectum. Et tunc vocatur benedicta cū hermodactil. ſed illa que ibi ponitur: vocatur benedicta abſolute. De iſta ſine acumine bene poteſt dari. ℥. ſ. ſed ſi acuatur cū ſcamonea vel ezula ad plus. ℥. iij. vel. ℥. ij. ¶ Et notandum ſecundum raſim: turbit non habet frenum. quia nullum manifeſtum nocumentum inducit coꝛpoꝛi.

**Catarticum** īperiale: catarticum. i. laxatiuum. imperiale. qꝛ factum fuit pꝛopter imperatorem. euacuat omnem humoꝛem: coleram: flegma ⁊ melancoliam ⁊ eſt multum calidum. qꝛ in ſe multam caliditatem habet. Trahit flegma a capite. non detur in fe. tertiana: cuius materia eſt colera pura. qꝛ calida eſt. non debet dari niſi materia digeſta. datur enim quotidianariis: quartanariis: ⁊ tertianariis: cuȝ tertiana eſt nota compoſita ex colera ⁊ flegmate euacuat humoꝛem contentuȝ in pectoꝛe. ⁊ tunc datur cum decoctiōne liquiritie. ⁊c. Unde regula eſt bona: ꝙ cum datur medicina aliqua debet dari cuȝ decoctione aliquarum medicinarum ad hoc valentium: vt mēbꝛa confoꝛtet: poteſt dari ſanis ⁊ egris: vnde ſani aliquando de ipſa ſine digeſtione recipiunt. ſ. i. ℥. vel. ij. Sed melius eſt poſt digeſtionem. vt ſi velis dare catarticum imperiale ad euacuationem flegmatis fac digeſtiuuȝ ſirupum. ex calidis: ſi coleram ex frigidis. ⁊ tunc medicin⁊ digeſta poteſt accipere de quarto in quartum. ℥. i. aut. ij. ſecundum ꝙ competit: vnde ſecurius datur poſt digeſtionem q̄ȝ ante cum in eo ſit ſcamonea: tamen poteſt dari ante digeſtionem. ℥. ij. qꝛ habet ſecum digeſtiua: ⁊ euacuatiua. ⁊ egris ante digeſtionem. ℥. ſ. ⁊ euacuat omnes humoꝛes. Sed cum coleraȝ tunc debet acui cum ſcamonea. Sed cum flegma cuȝ pulpa aut ezula: quando melancoliaȝ cum lapide lazuli: ⁊ hoc ſecunduȝ ꝙ competit.

**Paulinum** eſt medicina debiliter euacuans. ⁊ eſt bonum ad euacuandum in tempoꝛe calido in fine veris. ⁊ in pꝛincipio eſtatis: ⁊ eſt bona ad tentandum vtrū patiens ſit leuis ad ducenduȝ. vnde in ſero. i. veſpere ſi detur de paulino. ℥. i. aut. ℥. ij. ⁊ ducatur ſatis facilis eſt ad ducenduȝ: ſi non difficilis eſt: euacuat flegma ⁊ melancoliam. Si autem acuatur cum ſcamonea euacuat coleraȝ: ipſo vtimur in coꝛroſione carnis moꝛtue in dente cum puluerizatum eſt: ſupponitur dentibus hȝ. n. in ſe multas gūmas calidas. ⁊ ſic coꝛroſiuas. Itē ſi fiat cum decoctione mirre in aqua. ⁊ tunc paulinum diſtemperetur in aqua ⁊ denti dolenti apponitur: aufert doloꝛem dentis ex reumate. qꝛ in ſe habet multas gūmas calidas: conſtrictiuas: pꝛopter qꝺ conſtringit fluxū reumatis ⁊ pꝛouocat menſtrua ſi diſtemperetur in decoctione arthemiſie. ⁊ per peſſarium in matricē iniciatur. Idē faciet ſi per matricem fumus iſtoꝛum recipiatur. Solebat etiam opiata: ſed modo eſt laxatiua. ⁊ non debet in ea poni opium cum datur ad laxanduȝ. iſta medicina pꝛouocat menſtrua. ⁊ pꝛeparat ad conceptum. ⁊ facit ea que dicta ſunt.

**Dicto de** operatione medicine. dicamus de eius paſſione. ⁊ circa hoc queritur vtruȝ medicina debeat queri in eundē humoꝛē: quē ipſa attrahit. Si a nā vincat. ita

ꝙ non poſſit illū humorem attrahere. q2 de hoc eſt ꝯtrouerſia inter galie. ⁊ auic. ⁊ videt̄ ꝙ nō. q2 dicit̄ p̄mo ſimplicis medi. ꝙ cibus patitur ⁊ medicina agit: ⁊ hec eſt dr̄ia īter illa. ergo medicina nō patit̄. ſed ſi ꝯuerteret̄ ī hūorē quē attrahit pateret̄. ergo ⁊c. ¶ Item auic. in primo dicit ꝙ illud qđ nullo mō ꝯuertitur: ſed agit eſt medicina. ſed tale in humorē non cōuertitur: ⁊ loquitur illic de medicina alterāte. ergo a fortiori ratione de medicina euacuante: cū ipſa ſit magis actiua: ⁊ corpori humano magis cōtraria ¶ Itē nihil reſpectu eiuſdē agit ⁊ patit̄. ſ3 medicina agit in humore ſiue ī mēbro. ergo nō patit̄ ab hūore ſiue a mēbro. ¶ Itē auic. ī p° dicit: ꝙ verbū illius qui dicit ꝙ medicina cōuertitur ī humorem quē attrahit: nō eſt aliquid. ergo ⁊c. ¶ Oppoſitū dicit gal. tertio ſimplicis medicine. ſ. ꝙ tanta cōuenientia eſt inter medicinam ⁊ humorē quē attrahit ꝙ cōuertitur in humorē quē trahere debet: ſi ipſum nō trahat vt cartamū. i. ſemen croci ortenſis in flegma quod debet attrahere.

**Solutio** ad hoc dicendū eſt ꝙ duplex eſt medicina. vna euacuans fortiter: ⁊ alia euacuans debiliter. fortis nūꝗ̄ cōuertitur ī humorē quē trahit. ⁊ hec fuit intentio aui. Sed debilis poteſt ſcđm galie. vt cartamū in flegma. Sed quo modo poteſt cartamū conuerti in flegma cū ſit calidū ⁊ ſiccum: dubium eſt. Aliqui dicunt ſic. cartamū ſi non trahit flegma circundatur a flegmate: ⁊ a flegmate circūdante in flegma ꝯuertit̄. ¶ Sed queritur vnde flegma veniat cū ipſum nō trahat medicina: vt ſuppoſitum eſt. ¶ Item in humore non eſt virtus: ſed in membro. ergo flegma nō cōuertet cartamū in flegma: ſed magis membrum. ¶ Dico ꝙ cartamū trahit flegma a ꝓprietate ſua. vnde galie. nō trahit cartamū flegma q2 ſit flegma: ſed quia eſt flegmaticum: ⁊ non eſt dictū ꝙ in ſe habeat flegma. ſed ē dictum ꝙ in eo eſt tota ſpecies ſiue ꝓprietas que dicitur tota ſpēs per quā ipſum habet cōuenientiā ⁊ ꝓportionem cū flegmate: vt ipſum attrahat. Illa autē ꝓprietas eſt caſus elemētorū ꝓportionabilis in cartamo ⁊ flegmate. vel idē ſcđ3 ꝙ debet eſſe idē. ibi eni3 eſt eadem forma generalis ſiue ꝓprietas in vtroq3: verūtamē eſt in cartamo actiua ⁊ in flegmate paſſiua. ⁊ per iſtum caſū elemētoru3 ꝓportionabilē: inter iſta natum eſt vnum attrahere aliud: ſcđm ꝙ vnum cōpletius habet iſtum caſum ꝗ̄3 aliud: cū eni a natura poſſit tolli iſta virtus actiua ꝓpter remotionem iſtius completi: tunc fit deuentum ad iſtū caſum elemētorū ꝓportionabile3 flegmati: ⁊ tunc in flegma conuertitur. Quādo eni illa potentia non eſt in mixto nec illa conuenientia: tunc illud eſt venenoſum alteri. Et ſcđm ꝙ iſta potentia magis eſt ꝓpinqua: ⁊ ſcđm hoc citi9 cōuertitur caro pullina ꝗ̄3 bouina: q2 caſus elemētorum ꝓportionabilis in pullo reſpectu corporis humani non ē ita remotus neq3 eſt ita latens ſub tot diſpōnibus contrariis que per diſpoſitionē ⁊ alterationem mouentur ſub quot caro bouina. vnde dico ꝙ ſi natura veneni poſſet a veneno remoueri ⁊ remaneret forma mixti: fieret cibus. vnde cōuenit ei ſub ratione qua mixtum eſt: non ſub ratione qua tale mixtū eſt vt prius loquebatur. nō cōuenit ei in forma que ſupra mixtionē incompletā addit. cōuenit tamen ei facta reſolutione ad mixtionē. vnde ſub forma completa que eſt venenū: ⁊ ſimiliter eſt in cartamo: q2 differt a flegmate ſ3 ꝙ cartamū conuenit ei ſub ratione qua mixtū: ſcđm ꝙ ī eo eſt caſus ꝓportionalis reſpectu flegmatis. Dico ergo ꝙ cū medicine virtus attractiua vincit virtutē ipſius membri: tunc trahit humorem ad ſe. cū autē vincitur virtus attractiua medicine a virtute membri ⁊ corrūpitur: tunc remanet potētia ad flegma: ⁊ cōuertitur ad flegma: l3 ſit calidū ⁊ ſiccū in completōe ſub ratione qua cartamū: eſt tamen ī eo ꝯpletio ꝓportionalis reſpectu flegmatis: ſicut mixtio ꝓportionalis mixtioni. ſicut eni cauſa cauſe: ita effectus effectui ꝓportionatur. eſt eni3 cartamum flegmaticum ⁊ habens complexionē per quā cōuertatur in flegma: ſi natura eius vincatur: ⁊ hoc non fit a flegmate ſed a natura.

**Ad primum** argumentū cū dicitur. agit. ergo nō patitur. verum eſt ab humore ī quē agit: patitur tamen a mēbro ſiue a natura. Uel dđm ꝙ natura ſua ꝑ quā agit vincitur ꝑ virtutē membri forti9 reſiſtentē: ⁊ corrumpitur ⁊ patitur: ⁊ ita cibus fit. ¶ Ad auic. dico ꝙ auic. reprehendit ipſum in hoc ꝙ dicit medicinā conuerti in humorē. eo ꝙ conuenit cum eo in forma ⁊ arguit cōtra eum: q2 tunc flegma ⁊c. Sed hec nō eſt intentio galie. vt patet per dicta. ſed intendit ꝙ conuenit cū eo in ꝓprietate que dicta eſt. ita ꝙ in eo eſt conuenientia nō forme actualis. ſed eſt ibi potentialis conuenientia. in vno tamen actiua ⁊ ī altero magis paſſiua: vt ſunt ſub ſuis formis ſpecificis: eſt tū deuenire ad talē ꝓportionē ī eis: vt vnū alteri ſit idē ita ꝙ vnū in aliud cōuertitur: vt viſum eſt.

**Pigra** ideſt amara galie. ab ipſo auctore qui ipſam inuenit. valet ad omnem capitis frigiditatem ⁊ ſtomaci digeſtionem ⁊c.

**Pillule ante cibum et poſt** ℞. ligni aloes ⁊c.

**Pillule** ſine quibus eſſe nolo. ſic intellige. pillule a fortiditate dicte ſunt: ſine quibus eſſe nolo ꝓpter earum magnam efficaciam ⁊c.

**Superius** viſu3 ē de euacuatione que fit per ſeceſſus. nunc dicamus de illa que fit per vomitus. Et de hoc duo ſunt inquirēda. Primū eſt de his que ſunt facienda ante exhibitionē medicine vomice. Scđm eſt de his que facienda ſunt poſt exhibitionē medicine vomice. ¶ De primo dantur ſex regule. ¶ Prima regula eſt ꝙ debemus cauere medicinā vomicam fortem in quinq3 caſibus. ¶ Primus caſus eſt de illis qui habent pect9 ſtrictū ⁊ membra ſpiritualia debilia: talibus nō debet dari medicina vomica. hi eni nō poſſent pati fortē vomitu3. per galie. in affor. vomitus laborioſior ē ꝗ̄3 ſeceſſus. Ideo tales non debent euacuari per elleborum vomicū. vnde quarto affo. ptiſicos metuentes ad ſuperiores farmaciā: ptiſicos. ſ. habentes collu. vt ſunt illi qui ſunt diſpoſiti ad ptiſim. vt illi qui habent collum gracile: ⁊ pectus ſtrictū: ⁊ ſimilia. ¶ Secūdus caſus eſt ꝙ illi qui ſunt apti ad ſpuendū ſanguinē: nō debent euacuari per vomicā. ne ex nimio conatu ad vomendū ſequatur ſputus ſanguineus: qđ eſt malum. q2 ſanguis vndecūq3 fluat ſuperius ē malū. ¶ Tertius caſus eſt: ꝙ nō ꝯſuetis vomere nō debet fieri vomitus fortis. eſſet enim tūc valde ſubita mutatio. ſ. a non vomendo ad fortiter vomentē. quibus quidem vomitus eſt valde laborioſus: ⁊ ita eſſet ibi multus labor. ¶ Quartus caſus eſt ꝙ pingues nō debent euacuari per vomitū. q2 pingues habent ſtrictas venas. ⁊ ideo materia attracta ſuperius ex conatu nimio ad vomendum: ſtomaco timendum eſt de ruptura venarum. ¶ Quintus caſus eſt ꝙ non debet dari medicina vomica illis qui ſunt diſpoſiti ad ſquinantiā. ⁊ de facili incurrunt eam: ſicut ſunt illi qui habent membra ſuperiora verſus vuulā: in qua parte fit ſquinantia debilia. Illa enim membra debilitate ſua ſunt ī potentia materiam ad ſe tractā per medicinā vomicā expellere que ibi aggregata remanens facit apoſtema ſquinanticū. ¶ Secunda regula eſt: ꝙ anteꝗ̄3 detur medicina vomica fortis: debet patiens diſponi ad vomendū: niſi ſit diſpoſitus. q2 ſi eſſet habilis ⁊ diſpoſitus ad hoc: iſtud ſufficeret. primo ergo debemus ipſu3 diſponere exhibendo ei medicinā debilē vomicam. ¶ Tertia regula eſt de illis qui debent diſponi ad vomitū: ⁊ que faciunt ipſum debiliter vomere: ſi volumus fortē vomitū: demus antea rem leuē facientem leuiter vomere: vt diuerſos cibos ſimul. ciborū enim diuerſitas ſtimulat ſtomacū ad expellendū ⁊ vomendum. Cibi enim aſſumptio vnius reddit ipm̄ auidū in retinendo: ⁊ ī ipſo delectatur: ſcđm auic. in primo: l3 videatur dicere contrariū in primo libro: cap. de faſtidio: ꝙ comeſtio vnius cibi ſolū generat faſtidium ⁊ hoc eſt verum ī diuerſis mēſis: non tamen in eade3 menſa ſiue comeſtione. Sed ecōuerſo reddit ſtomacū auidū. Bonū eni eſt nunc comedere vnū cibu3: cras de alio: ⁊ poſt cras de altero: aut per comeſtionē vnius ⁊ eiuſdem cibi qualibet die faſtidiū generetur. ſed ī vna menſa plura comedere faſtidiū facit. ¶ Item cibi preparantes ad vomitū debent eſſe pingues. q2 tales habent multū denſum aerē in ſe. ꝓpter quod natant in ore ſtomaci: ⁊ ſic cum materiā deferendo ipm̄ ad ſtomaci orificiū eleuant: ⁊ faſtidium generant: ⁊ etiā multa vini potatio preparat ad vomendum. Unde ſcđm auic. in primo. antiquitus ſolebant ī ebriare ſe ſemel aut bis in menſe: vt vomitum ꝓuocarent. ¶ Quarta regula eſt qui vult facilē vomitum ⁊ leuē facere: faciat ipſum ieiunus: ita leuius fiat poſt cibū. q2 cibus corrumpitur ibi ab humoribus attractis: qui corruptus cū humoribus in ſtomaco exiſtens ſtimulat ſtomacum ad expulſionē ſui per vomitū. S3 vomitus fortis non indiget ſtimulāte: niſi medicina data: ⁊ humoribus per eam attractis. ¶ Itē quia humor per cibū mouetur: qui humor motus maius nocumentū īducit nature ꝗ̄3 quietus. ideo ipſe ſtimulat naturam ad ſui expulſionem. ¶ Quinta regula eſt ꝙ cu3 triplex ſit vomitus. ſ. fortis debilis ⁊ mediocris. primus fit per elleborum. ſecundus fit per ſemen raphani: ſemen rute: pulegiū montanum: ſemen cepe ⁊ porri. Mediocris fit per ellebor: intinctum ī raphano ſiue infixū: ita ꝙ raphanus habeat ſolū odorē ellebori ſcđm auic. ⁊ d3 hoc mō fieri. radix raphani d3 ſcindi aut partim perforari: ⁊ ellebor9 d3 poni ſub illa figura: ⁊ hoc adhuc exiſtente raphano ī orto: ⁊ dimittat̄ ꝑ duos dies aut ꝑ tres. ⁊ tūc ille raphanus habebit odorē ellebori: ⁊ non ſubſtantiā, et iſte eſt ſecurus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0584-5

vomitus. ¶ Sexta regula eſt ꝙ primo anteq̃ fiat vomitus fortis debet preparari patiens: ⁊ debet dari ei vomitus debilis. hoc modo. primo debet accipi raphanus ⁊ ſcindi per rotulas: et iſte rotule debent poni in oximelle ſimplici aut diuretico aut ſquilitico. ⁊ debet dari ad comedẽdum vna rotula qualibet die vſq; ad diem quartum: ⁊ in quarta die cũ hoc debet dari patienti de oximelle in quo fuerunt ille rotule raphani cũ decoctione ſeminis raphani. ſe. porri ⁊ cepe.

Viſa ſunt que facienda ſunt ante vomitũ. nunc videamus que fienda ſunt poſt vomitũ. de quo ſunt ſeptẽ regule. ¶ Prima regula eſt ꝙ poſt exhibitionẽ medicine debẽt oculi ligari cũ plicis manutergiorũ ſcdm auic. in prologo: ne ledãtur in vomitu: q: oculi in vomitu ſunt multũ grauati. q: multũ compatiuntur ſtomaco. ¶ Secũda regula eſt ꝙ patiens debet moueri poſt exhibitionẽ medicine ⁊ vomere in meridie: q: hora eſt calidior diei. motus enĩ iuuat medicinas ad expellendũ: q: per motũ mouetur: ⁊ caliditas trahit humores ad ſuperiora. ideo illa iuuant ad vomitũ. ¶ Tertia regula eſt poſt vomitũ completũ debet os ⁊ facies lauari cũ aceto ⁊ aqua tepida: ⁊ ſi parum de cinamomo ponatur: hoc eſt bonũ: ⁊ hoc duabus de cauſis. primo vt per hoc auferatur mala materia ⁊ ſapor mali fumi in ore remanentis: ideo os debet lauari cũ facie. ¶ Scđo q: vomitus nocet dentibus. ideo oportet os lauari: vnde videmus ꝙ ſepe vomentes habent dentes turpes valde: ⁊ hui⁹ duplex eſt cauſa. vna cauſa eſt. q: medicina calida ad ſuperiora trahit: que continue neruos debilitat ⁊ laxat: ſicut balneũ qui neruos debilitat: cũ nerui ſint flegma coagulatũ. ¶ Scđa cauſa: q: illi qui ſepe vomunt hoc faciũt inordinate: q: illi qui poſt comeſtionẽ ſtatim vadunt dormitũ: ⁊ poſtea vomunt: ⁊ hoc eſt malum. q: natura cibum digerere incepit incomplete tamẽ: qui quidem cibus poſt indigeſtionem fit acetoſus. acetũ enĩ dentibus nocet. ⁊ ideo melius eſt ĩmediate poſt cibũ euomere anteq̃ natura incipiat digerere. Malum eſt tamẽ quotidie vel ita ſepe euomere: ſicut faciunt aliqui qui vomunt vt poſſint meli⁹ comedere. ex hoc enĩ labore debilitatur natura multum: ⁊ de hac cauſa Gualterius de cruce epiſcopus carnodenenſis fuit mortuus. q: conſuet⁹ erat vomere: ⁊ vna vice conſecutus fuit ſanguis: ⁊ ita mortuus fuit: q: bene vnã quartam ⁊ plus ſanguinis per os vomendo emiſit. ¶ Quarta regula eſt: ꝙ poſt vomitũ cibum accipere retardet. q: ex vomitu multũ natura debilitata eſt. ⁊ ideo ſtatĩ malũ eẽt cibũ accipere ſiue obiectũ ſupra quod oporteret ipſã opari. quare oporteret ipſũ morari: q: non poſſet cõplete digeri. ¶ Quinta regula eſt: q: poſt vomitũ retardanda eſt flobotomia vſq; ad tres dies. q: natura per vomitũ multũ debilitata adhuc plus per flobotomiam debilitatur. ¶ Sexta regula eſt: q: vomitus multum nocet ſtomaco. ⁊ ideo debemus poſt vomitũ ſtomacum cõfortare cum ſtipticis ⁊ aromaticis: vt cum vino condito cũ cinamomo: q: cinamomũ eſt aromaticũ ⁊ ſtipticũ. ¶ Septima regula eſt ꝙ ſi timemus ꝙ vomitus nimis remaneat aut perſeueret debemus ipſum impedire ligando fortiter extrema diuertendo fluxum humorum ab ore ſtomaci: ⁊ ſtomacum confortando per emplaſtra ſtiptica. vt cum ro. ⁊c. preterea ponendo pedes ĩ aqua ca. vt materia exterius trahaẗ ⁊ ab ore ſtomaci diuertatur.

Conſequenter reuertamur ad regulas rerum faciendarũ ante vomitũ. Et de hoc adhuc ponantur tres regule. ¶ Prima eſt ꝙ cũ alicui aliquẽ oꝫ vomere coleram ardentẽ ante vomitũ debet colera infrigidari p frigida ſtiptica ſupra ventrẽ poſita: vt per ſuccum citoniorum: ⁊ ⁊ ſimilia. ¶ Secũda regula eſt ꝙ vomitus a ſtomaco per ſe ⁊ ĩmediate euacuat: ⁊ ſi ab aliis membris hoc faciat: hoc eſt mediãte ſtomaco. ¶ Tertia regula eſt ꝙ vomitus eſt cõpetens in egritudinibus longis: quarũ materia eſt frigida: ⁊ in quib⁹ materia ẽ coanguſtata: q: talis materia indiget forti euacuatione eradicante. ⁊ q: vomitus eſt euacuatio fortis. ideo competit. vnde ĩ paraliſi quartana quotidiana podagra ſciatica arthetica ⁊c. competit. q: materiã groſſam ⁊ frigidã attrahit medicina vomica.

Vſque hic viſum eſt de electuariis ⁊ ſirupis. Nũc videamus de medicinis: ⁊ quantũ ad iſtaꝫ lectionem ſpectat dicam⁹ de tribus harum. quarũ prima eſt pigra galie. Scđa pillule ante cibũ. Tertia pillule ſine quib⁹ eſſe nolo. Videam⁹ ergo de pigra galie. ¶ Notandũ ꝙ in antidotario nicolai ponũtur due pigre. vna que vocaẗ pigra gali. ⁊ ẽ illa quã vocat auic. ⁊ galie. ierãpigrã abſolute: ⁊ hec eſt ſimplex. alia ẽ que vocaẗ ierapigra q̃ ab aui. vocaẗ diacoloquintidos: ⁊ ita iſta ẽ pulpa. vñ prima ẽ ſimplex ⁊ ponit eã raſis 9⁹ al. ⁊ ſerapio in q̃nto. Iſta q̃ hic vocatur pigra ab auic. in q̃nto ierapigra abſolute: ⁊ a galie. ĩ q̃nto interiorũ: ierapigra ſiſr abſolute ẽ preſentis ſpeculationis. ¶ Et ſciẽdũ ꝙ hec eſt ſecuriſſima ⁊ valde bona: ⁊ euacuat flegma inuiſcatũ in ſtomaco ⁊ in capite. vñ ſtomacum purgat valde bene a materia in eo cõtenta: valet in paſſionibus oculorum ex ſtomaco: ſicut dicit galie. in q̃nto interiorũ. ¶ Item a capite attrahit. vnde ſerapion ĩ fine ſeptimi dicit ꝙ ipſa rectificat rete mirabile: qđ eſt in capite. ¶ Itẽ euacuat malã materiã: ⁊ bonam dimittit ſcdm auic. in tertio. ¶ Itẽ euacuat leuiter humores ſine moleſtia. ¶ Item nõ attrahit a partib⁹ remotis. vñ dicit auic. ꝙ nõ tranſit epar in ſua euacuatõe purgat caput ⁊ euacuat materiam ex qua fit colica cum fit ex flegmate in inteſtinis inuiſcato ⁊ attrahit materiaꝫ ex qua fit paſſio iuncturarũ: ⁊ maxime quando materia ĩ ſtomaco abũdat. illa vocatur ierapigra. i. amara. ⁊ dicitur ſacra a quibuſdã: q: partes ſacras euacuat. Sed nõ eſt verum: ſed dicitur ſcdm auic. in quinto: ꝙ eſt medicina diuina: q: ſicut diuina res agit occulte: ⁊ ſine ſimulatõe: ita iſta medicina agit occulte ⁊ cũ ſapientia. vnde dicitur yera: quaſi ſaluã. q: ipſa ſaluat: ⁊ nõ facit leſionẽ: ꝓpterea fuit inuenta yera ab antiquis. q: medicine ſimplices leſionẽ manifeſtã inducebant: vt pulpa ⁊c. Illa aũt occulte. i. nõ inducendo aliquã ſenſibilem leſionẽ euacuat humores inlaudabiles a ſtomaco ⁊ a capite relinquẽdo laudabiles: ibi eſt aloe baſis: ⁊ eſt triplex. ſ. ſuccotrinũ: epaticum ⁊ caballinũ melius eſt: ⁊ eſt calidũ ⁊ ſiccũ ĩ tertio: mũdificat ſuperflua colerica a capite: ⁊ flegmatica a ſtomaco. aliquãdo autem lauatur. aliquãdo non. quãdo autẽ aloe abluitur minus laxat ſtomacũ ⁊ ipſum cõfortat magis. Aloe võ nõ ablutũ magis laxat et minus confortat. ¶ Tu dices ꝙ galie. ſeptimo megategni dicit ꝙ aloe ablutũ magis laxat verum eſt q̃ꝫ alia de quib⁹ illic facit mentionẽ: nõ tamẽ magis q̃ꝫ nõ ablutũ. vnde ipſe dicit illud comparando aloe ablutũ ad alia: nõ ad ſeipꝫ nõ ablutũ: de eius ꝓprietate eſt ſtomacũ confortare cũ ſit ſtipticũ ⁊ amarum. vñ ſerapiõ in ſeptimo. q̃uis omnes alie ſimplices medicine inferãt nocumẽtum ſtomaco: tamen aloe ſtomacum cõfortat. Aloe aũt nocumẽtum facit: q: ſtomacũ excoriat: q: diu remanet ⁊ eſt tarde operationis. ideo ꝓpter ſui remanentiã nocumentũ inducit. vnde in diebus frigidis datũ aliquãdo facit mingere ſanguinẽ: hoc non facit ipſum attrahendo: cũ nulla medicina ipſum attrahat: imo hoc eſt ipſum debilitando ⁊ nocumentum inducendo: vnde nocet epati. ⁊ q: contra nocumenta medicinarũ debemus adhibere refrenantia illa nocumenta. ideo contra primũ nocumentum debemus cum aloe admiſcere bdeliũ in ſcoriationẽ impediens in hoibus frigide complexionis. q: bdelium eſt gumma calida. et dragagantuꝫ in hominibus calide complexionis: obuiando ſecundo nocumento damus roſ. ex aloe fiunt trociſci ſic. aloe accipitur. ʒ. i. bdelii. ʒ. ſ. ⁊ fiat puluis. iſte puluis aſpergaẗ ſucco abſinthii aut aqua roſata: ⁊ fiant trociſci: ⁊ eis vtũtur tẽpore competenti. valet iſta pigra ad purgandum flegma de ſtomaco ⁊ coleram de capite. ponitur in ipa cinamomum ad confortationem ſtomaci: q: ipſum eſt aromaticũ ⁊ ſtipticum. ¶ Et tu dices ꝙ aloe ipſum confortat: non ergo eſt neceſſariũ aliud confortãs ſtomacum ibi apponere. ¶ Dico ꝙ lꝫ aloe per ſe confortet ſtomacum: q: ſtipticum ⁊ amarũ eſt: ipſum tamen per accidens debilitat. ſ. euacuando. ⁊ confortantibus indiget: ⁊ acuitur ſcamonea. ſed nõ acuitur ſcamonea ad euacuanduꝫ flegma. ſed ad hoc vt ipſum faciat cito operari: ſcdm aui. q: aloe eſt tarde operationis: ⁊ debet cũ pauca ſcamonea acui. ſꝫ ſi iſta medicina vel puluis aſpergatur cum melle ipſa eſt debilior q̃ꝫ ſi aſpergatur cũ ſucco abſinthii aut cũ aqua roſata. ¶ De iſta pigra poteſt dari ſecure vſq; ad. ℥. ſ. ⁊ tunc debet dari poſt materie digeſtionem. Sed ſi detur ante materie digeſtionem: deteẗ. ʒ. ii. cũ aqua roſata. ĩ ſero tamen melius eſt vt detur in pillulis: q: eſt amara: ſi acuatur cũ ſcamonea poteſt dari. ʒ. ii. ad minus poſt materie digeſtionẽ. acuiẗ autẽ cũ ſcamonea aliquando. ⁊ tunc dicũt quidã de ſcamonea: ꝙ ꝓpter hoc ipſa eſt inimica ſtomaco: ⁊ ipſa non debet puluerizari minute ne adhereat ori ſtomaci. Sed iſtud non inueni ab auctore. ſed inueni ꝙ ipſa eſt rare complexionis. ideo ſua virtus minuitur ⁊ exoluiẗ per puluerizationẽ. Ego tamẽ q̃ñ p me ipm facio illam medicinam: puluerizo minute ⁊ ipſam aſpergo cũ ſirupo violato: aut cũ aliqua gũma liquefacta: vt dragaganto: ⁊ tunc pulueres alios cum hoc admiſceo: tũc crocus poniẗ in ea ad confortationẽ cordis. q: hec medicina eſt nocens cordi. ¶ Pillule autẽ ante cibũ ſunt ſimiles medicine predicte: parũ tamen diuerſe. q: in eis ponitur reubar. qđ nõ ponitur in pigra ⁊ notantur ſic. quia dãtur ante cibũ ⁊ etiã poſt cibum: nec etiam obſeruamus in eis dietã. q: ſcdm auic. aloe cibũ non corrumpit: euacuat a ſtomaco ſine anguſtia. vnde cum aliquis non poteſt

affellare:aut cum conqueritur de dolore ſtomaci:aut ꝓpter ventoſitatē:aut ꝓpter materiā flegmaticā:tunc bonū eſt dare iſtas pillulas:qꝛ ventoſitatē:ſecē:⁊ materiā flegmaticā euacuant.ſed cauende ſunt in tēpore calido.qꝛ in eis ſūt multa calida. ¶ Pillule ſine quibus eſſe nolo ſunt ſimiles predictis:ſed parum contrarie.pillule.ſ.rotunde ſine quib⁹ ⁊c. ꝓpter earū efficaciā: ipe enim purgant omnes humores.ſ.flā:coleram:⁊ melancoliam.et valent contra multas paſſiōes.recipiunt enim medicinas oēs humores purgantes.

**Nunc** queratur vtrum medicina euacuet materiā quam inuenit in ſtomaco.⁊ videtur ꝙ ſic:qꝛ eſt ei inimica. non niſi euacuaret.ergo ⁊c. ¶ Item medicina hꝫ eandem ꝓprietatem ad materiā ꝯtentā in ſtomaco ⁊ in aliis membris. ſed ab aliis euacuat materiā.ergo ⁊ a ſtomaco.

**Oppoſitum** arguitur per argumentū ſerapionis in ſeptimo:cōtra illos qui dicunt ꝙ medicina euacuat ⁊ attrahit:qꝛ venit ad membrū ſiue ad humorē cōtra quos dicit:ꝙ ſi tunc medicina ad humores veniret:hoc non poſſet eſſe vt attraheret:qꝛ tunc amans amatū contingeret ⁊ nō fieret motus.cū ergo in ſtomaco ſit coniunctio medicine cū humore medicina non trahit a ſtomaco.

**Solutio** ad hanc queſtionē ego dico:ꝙ ſi materia mala ſolum eſſet contenta in ſtomaco:ego non darem medicinā attrahentē:ſed lenitiuā:aut compreſſiuā: aut mordicantē. Si vero daretur medicina attrahens ipſa attraheret a ſtomaco ⁊ nō euacuaret: quatuor de cauſis. ¶ Prima eſt quia ſtomacū mordicaret cum ipſa ſit calida ⁊ acuta.qui mordicatus qđ in ſe contineretur expelleret. ¶ Secūda cauſa eſt qꝛ medicina mouet materiā:que mota maius nocumentum induceret ꝙ̄ quieta:⁊ magis ſtimulat ſtomacū vt expellatur. ¶ Tertia cauſa eſt qꝛ medicina exiſtens in vna parte ſtomaci materiā ſparſā in diuerſis partibus ſtomaci aggregat circa ſe:que aggregata ī vno loco nocumentū inducit:⁊ magis ſtimulat vt expellat̄. ¶ Quarta cauſa eſt.qꝛ medicina nō vnitur omnibus partibus humoris: ſed alicui tantū cōiungitur.⁊ ideo partes quibus nō cōiungitur ad ſe nō trahit.ſed illā partē cui ipſa cōiungitur trahit.⁊ iđ quatuor de cauſis materie mā quam ipſa inuenit in ſtomaco ad ſe trahit.ſ.mordendo mouendo:aggregando:⁊ attrahēdo.⁊ ſic per dicta patent rationes ad oppoſitum. ¶ Et ſi vellemus ſaluare partē oppoſitam:tunc ad rationē ſerapionis reſpondem⁹ ſic. ꝙ lꝫ medicina habeat aſpectū ad humorē exiſtentē in ſtomaco:⁊ in aliis membris.dico ꝙ hoc eſt verum:nō tamen oportet ꝙ ſi medicina attrahat ab aliis mēbris:ꝙ ꝓpter hoc attrahat a ſtomaco.qꝛ materia exiſtens in ſtomaco medicine coniungitur: medicina enim materiā in ſtomaco attraheret niſi ei coniungeretur.
¶ Item medicina tribus aliis modis habet euacuare ꝙ̄ attrahendo:ſicut dictum eſt ſuperius.

**Conſequēter** q̄ritur de iſtis medicis euacuatiuis.ſ. vtrū ſit aliqua medicia euatiua ſanguinis.⁊ videtur ꝙ ſic.qꝛ dicit yſaac in primo viatici:cap.cephalee paſſionis:que proſunt colere ꝓſunt ſanguini. ſed que ꝓſunt colere colerā euacuāt.⁊ que ꝓſunt ſanguini euacuāt ſanguinē. ergo illa medicina que euacuat colerā euacuat ſanguinē. ſed habemus medicinam euacuatiuā colere.ergo habebimus medicinam euacuatiuam ſanguinis. ¶ Item ſanguis eſt nobilior aliis humoribus.ſed aliqua medicina eſt deputata ad euacuandum alios humores. ergo ad ſanguinē euacuādū. ſi aliter tunc nō eēt nobilior. ¶ Item auic.in ſcđo dicit ꝙ pulpa euacuat ſanguinē ¶ Item ratio p auctoritatē que ſolui nō poteſt.dicit haly ſupra tegni:ꝙ galie fecit ſuſpēdi illū qui talē medicinā dedit.ergo fuit ⁊ eſt. ¶ Contra.dicit galie.ꝙ medicina non euacuat humorem q̄ eſt ī venis.i.ſanguinē:ſed flotomia.

**Conſequenter** queritur:dato ꝙ ſit talem medicinā ponere:vtrū bonum eēt eā dare.⁊ videtur ꝙ ſic.qꝛ ſicut alii humores peccant: ita ſanguis peccat.ſed bonum eſt humores peccātes per medicinā euacuare:ergo ⁊ ſanguinē peccantē. ¶ Oppoſitum vult haly per auctoritatem iam dictam.

**Solutio.** dicendū ꝙ poſſibile eſt aliquā medicinā euacuare ſanguinē:lꝫ ea non vtamur:⁊ quare ea non vteremur.qꝛ dato ꝙ eſſet medicina ſanguinis euacuatiua: ⁊ habens reſpectū ad ſanguinē:tamē ipꝫ nō euacuaret nec attraheret:ſicut alii humores a ſuis medicinis euacuātur.ſi enim eēt medicina ſanguinis euacuatiua.ſ.pulpa ſi euacuaret ſanguinē: ipſa euacuaret nō euacuandū:⁊ nō euacuaret euacuandū.qꝛ ſm ſerapionē vt dictū eſt ſupra.humor nō proprius medicine aliquā euacuatur citius a medicina ꝙ̄ humor ꝓprius quādo ꝓprius ē magis dilectus:⁊ tūc humor nō ꝓprius citi⁹ dimittat̄ ire a natura ꝙ̄ humor ꝓprius:⁊ tūc per medicinam citius expellitur ⁊ attrahitur humor nō ꝓprius medicine ꝙ̄ proprius. vnde cū medicina propriū attrahat humorē quem reſpicit ꝙ̄ aliū:niſi ipſe ſit magis dilectus a natura ꝙ̄ alii humores ſcđm yſaac:cū ipſe ſit quaſi filius dilectus nature:⁊ alii quaſi ſuꝑfluitates reſpectu illius:cū ſanguis plus iuuet naturā ꝙ̄ alii humores. ideo p medicinā ſanguinis aſpectiuā ſi ipſa eſſet prius attraherētur ⁊ euacuarentur alii humores ꝙ̄ ſanguis. vnde ſi ſolus ſanguis peccaret dato hoc:lꝫ forte iſtud nō ſit verum:tamē adhuc ſolus ſanguis non euacuaretur neqꝫ prius vt viſum ē:imo alii humores.
¶ Item ſcđm philoſophū quarto de animalib⁹:via recta debꝫ eligi:⁊ tortuoſa vitari.ſed flotomia eſt rectior ⁊ ſecurior euacuatio ſanguinis ꝙ̄ farmacia:⁊ flotomia omnes humores euacuat ſimul:⁊ magis ſanguinem cū magis abundet:⁊ farmacia non:vt viſum eſt ſupra.ergo flobotomia debet eligi ad euacuandū ſanguinem:⁊ non farmacia. ¶ Item euacuatio ſit duplici de cauſa. aut ꝓpter humoris abundantiā:aut ꝓpter humorē corruptū. igitur ſi ſiat euacuatio ſanguinis:aut hoc ſiet qꝛ ſanguis abūdat aut qꝛ erit corruptus.ſi qꝛ ſanguis abūdat tūc igit̄ alii humores etiā abundabunt.quia ſi ſanguis abundat hoc erit ꝓpter bonū nutrimentū bonum chimū generans ⁊ virtutis digeſtiue fortitudinem.⁊ ꝓpter iſta non generatur ſolus ſanguis in abundantia imo cū hoc alii humores cum ſint ꝓpter ſanguinis iuuamentū. ergo abundāte ſanguine non debet ſolus ſanguis euacuari: ſed omnes. Melius autē euacuātur per flobotomiā ꝙ̄ per farmaciam.ideo ad euacuandū ſanguinē peccantē ſua quantitate nō debemus vti farmacia. Si vero ſanguis ſit euacuandus ꝓpter eius corruptionē:tunc ſua multitudine ⁊ corruptione alios humores corrūpet:cū ipſe ſit plus in corpore humano ꝙ̄ alii humores. Et ꝓpter hoc dicit galie.ꝙ ſinoca ſit de omnib⁹ humorib⁹ corruptis in omnibus venis.⁊ ita ſanguis ſine aliis non eſt euacuandus:ſed omnes in ſimul.⁊ tunc idem qđ prius. Sed alii humores poſſunt abundare plus debito:⁊ corrūpi ſine ſanguie.ergo ipi ſūt euādi ſine ſāguie:⁊ hoc p farmaciā.ergo ⁊c.et iđ alii humores nāīr ſūt euādi p farmaciā:ſed ſanguis nō.qꝛ ei⁹ euō p farmaciā eſt īnaturalis.ideo dicit haly:ꝙ galie.fecit ſuſpendi ⁊c. qꝛ eius euacuatio per farmaciā eſt īnaturalis. ¶ Si velimus ponere ꝙ ſit dare talem medicinā:poſſemus reſpondere ad ratiōes in oppoſitum. Et primo ad primā dicendū ꝙ iſtud verbum.qđ prodeſt colere.ꝓdeſt ſanguini:eſt intelligendū non de medicina euacuante:ſed de medicina alterāte. Que enī ꝓſunt colere acuitatem eius extinguendo:proſunt ſimiliter ſanguini. Vel ſi iſtud intelligitur de euacuatiua:debet intelligi ſic. Que ꝓſunt colere ipſam euacuando: ꝓſunt ſanguini ipſum mundificando. quoniam per euacuationē colere ſanguis mūdificatur. ¶ Ad aliud qđ eſt de pulpa:dicendū ꝙ verum eſt ꝙ pulpa euacuat ſanguinem ⁊ ſoluit ipm:non tamen attrahit ipſum.ipſa enim ſoluit ⁊ euacuat ſanguinē ſic cū pulpa ſit medicina fortis ipſa membra valde debilitando facit ipſum dimittere abire qđ in ipſo continetur qđ eſt ſanguis.⁊ ideo pulpa ſoluit ⁊ euacuat ſanguinē cū ipſe ſuperfluit:non tamen attrahit ipſum. ¶ Ad aliud patet ſolutio per predicta. ¶ Ad ſecūdam queſtionē:ſoluta eſt:quia nō eſſet bonū dare eam ꝓpter cauſas predictas. ¶ Ad argumentum in oppoſitū cū dicis ꝙ ſanguis aliquādo peccat ⁊ eſt mal⁹: ſicut alii humores.ergo bonū eſt tunc ipm euacuari per farmaciam:ſicut alios humores peccantes.dicendū ꝙ hic eſt fallacia conſequentis.vel melius hic eſt fallacia figure dictionis.qꝛ non ſequitur ſi ſanguis ſit malus ꝙ hoc modo euacuaretur.ſ.p farmaciam.quia alio modo poteſt ſecurius euacuari.ſ.per flobotomiam.⁊ ſic ſolutum eſt totum.

**Pillule** auree.pillule qꝛ rotunde vt dixim⁹ auree dicūtur ad ſimilitudinē auri ⁊c.

**Pillule** octomere.i.de octo ſpecieb⁹ humores ſpiſſos a capite deponunt:⁊ viſum oculorum clarere faciunt:catarrum prohibent ⁊c.

**Jerapigra** gallieni.iera.i.ſacra.pigra.i.amara facit ad diuerſas capitis paſſiones:aurium ⁊ oculorum diſtemperantiam:ſtomacum quoqꝫ optime purgat: cauſas epatis emendat ⁊c.

**Jerapigra** conſtantini:quid ſit yera dictum eſt. ſimiliter conſtantini ab auctore Conſtantino qui eam compoſuit:valet ad recuperandum viſum ⁊ recipiendum ⁊c.

**Jerapigra** abbatis d qua iam dixim⁹ qd ſit:ſꝫ ad qđ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0586-6
DFG

valeat dico ꝙ flegma ⁊ melẜam purgat.⁊c.

**Superius** viſũ ē de euacuatõe q̃ fit p ſeceſſũ:⁊ etiã de euacuatõe q̃ fit p võitũ.q̃ qdẽ eṽones ſunt ſpãles ⁊ electe:q: ipe euacuãt vnũ hũorẽ ſpãlẽ ⁊ nõ oẽs hũores. nunc videamus de ea que fit per flotomiam:⁊ ē vniuerſalis euacuatio ⁊ cõmunis. Q: autẽ flotomia ſit euacuatio vlis ⁊ cõmunis:habetur a galie.quarta particula affo.in farmaciis talia educere oportet ⁊c. Sed euacuatio dicitur vniuerſalis dupl̃r. vno modo q: eſt omniũ humorũ euacuatiua.alio mõ q: ab olb⁹ partibus corporis ipſa euacuat. Utroq; mõ dicitur flotomia eſſe vniuerſalis primo modo ſcõ; galie.ſupra iſtu; affo.vbi cib⁹ preter naturam intrat ⁊c. ℂ Item ſupra illũ affor. ex egritudine cibum accipiens.ꝙ ipſa eſt euacuatio vniuerſalis. Secundo mõ dicit galie.ſupra affo.ſexte.ſi dolor a dorſo ⁊c.⁊ hanc duplicẽ vniuerſalitatem tangit auic.cu; dicit:ꝙ flotomia eſt euacuatio vniuerſalis:q: toti corpori cõuenit:que multitudinem humoꝝ euacuat.per hoc tangit vlitatem humorum.

**Solutio** dicunt quidam ꝙ non eſt artificiale acuere electuariuꝫ: q: medicina attraheretur per accidēs .ſ. cum electuario. ſicut ad interfectionē vermiuꝫ videmus ꝙ primo datur res dulcis vt ſeruꝫ. ⁊ propter ſui dulcedinē attrahitur illud. ⁊ poſtea ſuccus amarus latitans ſub illo dulci. ⁊ per hoc vermes interficiuntur. Similiter eſt hic ꝙ medicina venenoſa cū electuario mixta attrahitur cū electuario que membro nocumentuꝫ inducit. Sed ego dico ꝙ aliqua eſt artificiale acui. ⁊ aliqua non. acuere illa electuaria que ſtomacum reſpiciunt eſt artificiale. vt dyacitonitē: ſed acuere illa que membra remota reſpiciunt: vt plirim ⁊ ſimilia non eſt artificiale. q: tunc cum eis attraherēt medicina ad mēbrū. cū .n. acuit electuariuꝫ reſpiciēs ſtōm. vt dyacitoniteꝫ auidū a ſtomaco recipit ⁊ retinet. ita ꝙ opatiōꝫ ſuā remanēdo in ſtōaco pōt medicina facere: nec ab aliis mēbris rapitur ſiue attrahitur. q: electuarium per medicine acuitatem corrumpitur. modicum enim fermenti corrumpit magnam q̃titatē paſte. ¶ Iſte modus exhibendi inuentus fuit propter medicine horribilitatem ⁊ propter delicatos non potentes accipere per ſe. q: illam abhorrent valde. ⁊ ſic patet ſolutio ad primum ꝙ medicina nō attrahitur a membris cū electuario. q: medicina electuarium corrumpit ſicut fermentum paſtaꝫ. ⁊ ideo citius expellerent illud membra: q̃ ipſum attraherent. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ due medicine contrarie. quaruꝫ vna corrumpit aliā non debent cōmiſceri ſicut aqua ordei. ⁊ ſecaniabin: ſed ſic non eſt hic. vnum facit ad euacuationem ⁊ aliud ad remouendū medicine abominationem ⁊ malitiam. ⁊ propter hoc patet ſolutio ad omnia.

**Conſequenter** queritur pp qd acuuntur meli⁹ medicine: aut cum ſcamonea non cocta: aut cū cocta. ⁊ videtur ꝙ cum non cocta. q: medicine acuuntur cū ſcamonea vt laxent. Sed coctio virtutem laxandi ab ea tollit. q: coctio eſt fortior q̃ cōtritio per quā ſuam vim amittit ſecundum auicē. maxime cū ignis ſit fortiſſimum agens ⁊ nono metaurorum. omnia ſunt materia igni. ergo non debent acui cum ſcamonea cocta: ſed cum cruda. ¶ Iteꝫ qō confortat malitiam medicine non competit. Sed coctio confortat malitiam ſcamonee: cū coctio det ei acuitatem. vt patet per ſimile. quia coctio acuit lapidem: ⁊ calcem: ⁊ mel. ergo ſimiliter ſcamoneam. ¶ Oppoſitum facit vſus cōmunis.

**Solutio.** dicēdū ꝙ medicina aliquando acuitur in principio veris. vt per totum annum poſſit conſeruari ⁊ dari quando volumus. ⁊ tunc cum ſcamonea non cocta debꝫ acui ne ſua virtus debilitetur. neqꝫ timetur de eius malitia. q: per diuturnitatem tēporis ſatis aufertur. Aliquando autem acuimus medicinā que non debet diu ſeruari: ſed que poſt quatuor dies. aut poſt tres debet exhiberi. tūc cuꝫ ſcamonea cocta debet acui vt ſua malitia per partiū ſubtilium ignearuꝫ ablationem reprimatur. ⁊ ideo etiā coquitur cum aliquo repreſſiuo malitie ſue. vt cuꝫ coctanis. vel cum aliquo tali. vt dictum fuit prius in ſententia.

**Ad primum** contra dico ꝙ coctio pauca ⁊ moderata non corrumpit proprietatē ſue ſubſtantie. ſ. ſcamonee: ſed immoderata corrumperet: neqꝫ coquitur ita ꝙ imediate ab igne calefiat. q: coqtur in foliis caulis: aut in paſta aut in coctano ī furno leui igne vel calefacto. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ actio calidi ſecundū auicen. dupliciter acuitatem inducit vno modo propter partium terreſtrium ignitionē ſicut in lapide ⁊ calce. ſcdo modo propter conſumptioneꝫ partium aquoſarum ⁊ humiliarum exiſtentiuꝫ in re. ⁊ ſic in melle acuitateꝫ inducit conſumendo partes que ſunt in eo. q: in eo eſt multū humiditatis qō conſumitur in eius decoctione. Sed ſcamōea non habet partes terreſtres tales: aut aquoſitatem que debeat conſumi: ſed quaſdam ſubtiles igneas acutas que euaporant ⁊ conſumuntur in decoctione. ideo non acuit eam: ſed eius malitiam aufert.

**Conſequenter** queritur vtruꝫ medicina ſeceſſiua debet acui in lapide lazuli. ⁊ videtur ꝙ non. q: nihil ſeceſſum impediens ⁊ ad oppoſitum medicinam trahens debet acuere medicinam ſeceſſiuam. Lapis lazuli eſt huiuſmodi cum ſit vomitiuus. ergo ⁊c. ¶ Item nihil impediens operationē medicine ſeceſſiue debet eam acuere: ſed lapis lazuli īpedit operationē medicine ſeceſſiue. q: comprimendo facit medicinam citius deſcendere q̃ deberet a ſtomaco ⁊ inteſtinis in quibus manere debet vt attrahat humores. ergo ⁊c. ¶ Oppoſitum facit cōmunis vſus.

**Conſequenter** queritur quare medicina acuatur ⁊ quare non datur acumen per ſe ⁊ medicina per ſe. ¶ Si dicatur ad hoc acuitur: vt illa medicina in pauca q̃titate poſſit attrahere acuata ſicut non acuata in magna. ergo tūc debet dari acumen. q: in pauca q̃titate laxaret magis q̃ medicina in magna.

**Solutio** ad primaꝫ queſtionē. ego dico ꝙ medicine que dantur ad euacuationē melācolie. ſiue dentur in liquida ſubſtantia ſiue ī puluerizata bene acuitur in lapide lazuli bene loto in aqua: vt per illaꝫ ablutionē ſordities per quā erat vomica auferatur. vnde debet ablui in aqua. ⁊ poſtea remoueri illa aqua. ⁊ imponi alia. ⁊ ſic deinceps. quouſqꝫ clara ⁊ ſine ſapore exeat. ⁊ debet ſic acui. pzio debet exhiberi medicina in mane in liquida ſubſtantia. ⁊ in ſero ī puluerizata. ⁊ cum patiens iuerit tribus aut quatuor vicib⁹ ad ſellam debet poſtea adminiſtrari lapis lazuli diſtēperatus in ſyrupo violato. vel aliquo alio. Et tunc iuuat medicinam in attrahendo. ⁊ ipſam feſtinat ne ei noceat. ⁊ tunc non nocet in illa operatione. q: non facit medicinaꝫ citius deſcendere q̃ fecerit ſuaꝫ operationē. q: non datur ſimul cū ea: ſed prius: nec vomitū inducit cum ſit ablutus. ⁊ ſic patꝫ ſolutio ad obiecta. ¶ Ad ſecundam queſtionē dico ꝙ non debet dari medicina per ſe: nec acumen per ſe: ſed vnum cū alio. cauſa eſt. q: medicina laxatiua duobus indigemus. primo vt in ſtomaco remaneat ſufficienter ad hoc vt ad actū poſſit reduci. ⁊ ī inteſtinis ſuam operationē facere ibi remanens. ſecundo ſufficienter poſſit trahere vnum deficit in acumine. ſ. remanentia ſua. q: ita eſt odioſum ſtomaco vt non poſſit remanere: vt ſuam operationem faceret. imo ante tempus expellitur a ſtomaco. Secunduꝫ deficit in medicina non acuata: quia debilis eſt virtutis in attrahendo. vt ergo poſſit remanere ⁊ attrahere fortiter vtrunqꝫ ponitur. ⁊ non vnum per ſe. nec aliud per ſe.

**Dyaſcene** dicitur eo ꝙ eſt ibi plus de ſcene q̃ de aliis ſpeciebus. valet proprie melancolicis maniacis: cordiacis triſtibus. tota confectio eſt lib. i. ⁊c.

**Electuarium** de ſucco ro. ab eodē ſucco dictuꝫ expertum contra guttam arthreticam ca. coleram rubeam purgat ⁊ cōualeſcentibus ab infirmitatibus .ſ. tertianis: quotidianis purgat ſine moleſtia reliquias maloruꝫ humoꝝ educit potenter qui remanſerunt ⁊c.

**Electuarium** dulce. ℞. ro. cinamomi. ʒinꝫ. melan. ana. ʒ. vi. zuccari. ℥. v. ſandali albi ⁊ ru. ana. ʒ. iii. hermodactil. ezule: ana. ʒ. i. dyagridii. turbit ana. ℥. i. ⁊. i. zuccari. mel q̃tum ſufficit.

**Pillule** ō maſtice ⁊ aloe. ℞. aloe. ℥. ſ. maſticis. ʒ. i. gariofil. roſ. ana. ʒ. i. turbit: dyagridii ana. ʒ. i. confice cū ſucco feniculi. doſis eſt. ʒ. ii. potēter viſum clarificat.

**Pillule** de quinqꝫ generibus mirab. ℞. omniū mirab. agarici dyagridii ⁊c.

**Superius** inquiſiuimus ſeptem conditiones circa flobotomiam. Adhuc duo videamus quantum ſpectat ad iſtaꝫ lectionem. Quorum primum eſt que vene debeant aperiri in corpore humano in flobotomia. Secundum eſt de inſpectione ſanguinis poſt flobotomiaꝫ quo modo cognoſcimus vtrum ſit bonus vel malus. ¶ Et circa primum ſic ꝓcedo. in flobotomia aliquando aperiuntur vene aliquando artarie. In apertione autem artarie eſt timor: ⁊ hui⁹ cauſa potiſſima eſt nimius fluxus ſanguinis qui duplici de cauſa habet fieri ī flobotomia: vna cuꝫ eſt caliditas ſanguinis arterialis. calidum eniꝫ eſt, facile mobile ⁊ artariam dilatans ⁊ aperiens. ideo iuuat mul

tium ad euacuationem ſanguinis in flobotomia arterie. ¶ Secunda cauſa eſt artarie mobilitas. iđ ī ea tardius curatur. qꝛ vulnera non curantur niſi quieſcant. ⁊ quia mouetur conſolidari nō poteſt. Prodeſt tamen tripliciter. vno modo cum eſt in corpore ſanguinis ſubtilis abundantia. ⁊ quandoqꝫ vaporoſi. ⁊ quandoqꝫ calidiſſimi. Sanguis .n. ſubtilis: ex quo ſpiritus ⁊ calor naturalis fiūt in artaria habitat. ¶ Iteꝫ vaporoſus ſanguis in ea artaria habitat. ⁊ ſanguis ſanguineus in venis ſecunduꝫ auicen. ¶ Iteꝫ calidiſſimus. quia a corde efficitur ⁊ digeritur qđ eſt calidiſſimuꝫ membrum. ¶ Item venarum apertio eſt in multis membris aliquando in brachio. ſiue in magna manu: aliquando in parua: aliquando in pede. aliquādo in naſo: aliquādo in fronte: aliquando in labiis: aliquādo in lingua ſiue in palato: aliquando in angulis oculoruꝫ verſus fronteꝫ. ¶ Iteꝫ in manu maiori que eſt ab aſcellis vſqꝫ ad cubitum ſunt quinqꝫ vene aperiende ſecunduꝫ Raſiꝫ in ſeptimo almanſoris. ⁊ ſecunduꝫ auicennā pͥ in primo. Una vocatur cephalica que eſt capitis. Secunda baſilica que eſt epatis. Alia mediana: ſiue cardiaca: ſiue nigra ſecundum ꝙ vocatur ab auicenna ſiue matrix. Quarta aſcelaris. Et quinta funis brachii. ¶ In manu minori vocatur ſceilem ſiue ſubaſcella: ſiue ſaluatella. ⁊ in brachio ſecunduꝫ ꝙ continet manuꝫ maioreꝫ ⁊ minoreꝫ ſunt ſex vene aperiende. ⁊ vna que eſt in manu minori aperienda que eſt inter medicuꝫ ⁊ auriculareꝫ.

¶ In pede ſunt tres. ſciatica: ſaphena: ⁊ vena pollicis. vel poplitis.

**Cephalica** a collo ⁊ a partibus que ſunt ſupra colluꝫ euacuat. ⁊ ideo in paſſionibus capitis valet. vt in emigranea mania: ⁊ in aliis calidis paſſionibus: ſiue ex materia calida vnde ipſa incipit: ſiue oritur abhumero tendens verſus partē ſiniſtrā brachii.

**Baſilica** imediate euacuat a partibus ſub collo: vt pectore: epate ſiue paſſionibus pectoris ⁊ epatis valet. vnde in pleureſi valet.

**Mediana** eſt inter duas. quarum vna eſt in ſuperiori parte brachii. ⁊ alia in inferiori inter duo extrema iſta mediat. Baſilica incipit ab aſcellari. ⁊ tēdit ad partem domeſticam brachii ad curuationem. Mediana eſt ramus vtriuſqꝫ. igitur mediana ſiue nigra eſt media inter iſtas duas tripliciter. in ſitu vt viſum eſt in compoſitione. quia ex eis componitur ſicut mediū ex extremis. ⁊ vtriuſqꝫ eſt ramus. quia ex duobus ramis quorum vnus ab vna procedit. ⁊ alius ab alia componitur. ⁊ eſt mediana in euacuatione. quia vndiqꝫ euacuat. ⁊ ab inferioribus partibus a collo ⁊ a ſubcollo: ⁊ ſupra collū. vnde eſt vtilis toti corpori in euccuando non vniuerſalis. ſicut quidaꝫ dicunt. quia a corde oritur: ſed quia ramus baſilice ⁊ cephalice eſt. ⁊ quia cum volumus flobotomare de baſilica. ⁊ non apparet bene debemus magis medianam ꝗꝫ cephalicam accipere qꝛ magis conuenit cū vtraqꝫ ꝗꝫ vna cuꝫ alia cū ſit ramus iſtorū ⁊ illa extrema.

**Seilem** ſiue ſaluatella ē vena que eſt inter medicuꝫ ⁊ auricularem tendens plus verſus digitum medicum. ⁊ illa aperiatur in dextra parte: ſiue in manu dextra in oppilatione epatis. ⁊ in ſiniſtra manu in oppilatione ſplenis. ⁊ quare hoc fit. neſcitur ratione ſecunduꝫ auicennam: ſed experientia. hanc enim inuenit Galie. per ſomnum. ſicut dicit ꝙ habebat in cura ꝗꝺdam patientem oppilationem ſplenis ⁊ epatis. ⁊ ſomniauit ſe hanc patientem flobotomare de illa vena. ⁊ ſic fecit. ⁊ curata eſt. De illa fit flobotomia ponendo manum in aqua calida quia ſubtilis. ideo vt ingroſſetur ⁊ dilatetur. ne vulnus claudatur citius debito. ⁊ vt ſanguis groſſus ſubtilietur in aqua calida ponitur. qꝛ remota eſt a corde ⁊c.

**Aſellaris** eſt illa que poſita eſt ſub baſilica. ⁊ illa apparet in ligatura brachii. ⁊ de illa eſt illud iudicium qđ de baſilica.

**Funis** brachii cum illa que eſt ſupra ceſalicam ſupra os vltimum. ſiue alterius brachii verſus partem ſilueſtrem. ⁊ eſt idem iudicium de illa. ⁊ de cephalica. licet ergo ſecundum Galie. ⁊ auicennā in apertione vēne fit euacuatio vniuerſalis a toto corpore. non tamen ab omnibus venis equaliter vt viſuꝫ eſt. licet ergo a toto corpore euacuent. non tamen in eis eſt timor equalis. Imo ſecunduꝫ Raſim ſeptimo almanſoris cephalica eſt ſecurior. baſilica eſt magis timenda. et cardiaca adhuc plus ē timēda. licet minꝰ ꝗꝫ baſilica ſecunduꝫ aliquos. Cephalica enim eſt ſecurior. quia nec iuxta eam eſt neruus: nec ſub ea eſt arteria: ſed ſub cardiaca eſt neruus. ⁊ aliquando ſupra eaꝫ neruus ſubtilis. ideo timendū eſt ne incidatur neruus. Baſilica eſt periculoſa valde. qꝛ ſub ea eſt artaria. ⁊ iuxta eam eſt neruus ⁊ muſculus. ideo cauenda eſt valde. ſupra venam ponitur artaria in interioribus corporis. qꝛ eſt locus nobilior in exterioribus ſunt vena. vt melius prohibeatur a nocumentis ſecundum auicennam in primo Seilem ſiue ſaluatella non eſt periculoſa: ſed tamen ſubtilis eſt. ideo vt appareat magis ⁊ melius ponitur in aqua calida. ¶ In pede ſunt predicte tres vene. ⁊ he aperiuntur cum volumus trahere ſanguinem ⁊ ad partem inferiorem. ⁊ ad prouocationem menſtruorum. Et illa que eſt in pollice vel poplite ſecunduꝫ auicennaꝫ magis valet ꝗꝫ ſaphena aut ſciatica. quia propinquior eſt matrici. ideo melius poteſt ab ea trahere. Saphena ſimiliter a virga ⁊ teſticulis. ⁊ matrice medicinam. i. ſanguinem trahit. ⁊ ſciatica ab anchis ⁊ renibus ⁊ mēbris que ſunt ſituata verſus partem ſilueſtreꝫ melius trahit. Saphena a matrice a membris poſitis verſus partem domeſticaꝫ. licet enim ſint rami vene vnius ſecundum Galie. ſerto aſſo. experimento ſic probatur eſſe: licet cauſa ignoretur. ¶ In medio frontis eſt vna vena aperienda in antiquatis paſſionibus faciei vt morphea. ⁊ impetigine ⁊ ſcabie. ⁊ in paſſionibus oculorum. prius tamen debet fieri minutio de cephalica vena. ¶ In naſo ſimiliter: ſed in apertione vtriuſqꝫ debet collum ligari. ⁊ poſtea aperiri vna. aut alia. poſt enim ligationem colli melius manifeſtantur. ¶ In labiis ſunt vene que aperiuntur propter apoſtema exiſtens in ore: aut gingiuis: cephalica tamen prius minuta. ¶ In palato ſunt quatuor vene. que ſi aperiantur valet fluxui reumatis ad dentes in eis facientis dolorem. Unde quandam mulierem curaui per hoc ꝙ habebat dolorem in dentibus ex fluxu reumatis ad illum locum. primo tamen poſui repercuſſiua ⁊ reſtrictiua fluxus. ⁊ nihil profuit. deīde mitigatiua. ⁊ nihil profuit. deinde maturatiua. ⁊ nihil profuit. poſtea feci eaꝫ minui de cephalica. ⁊ poſtea ego feci aperire illas quatuor venas. ⁊ curata fuit. Unde hoc eſt bonum quando materia eſt fluxa indigeſta. quia niſi eſſet digeſta forte nō curaret. ⁊ iſte vene ſunt manifeſte. ¶ Item vene ſunt in angulis oculorum verſus fronteꝫ ille aperiuntur in paſſionibus oculorum cephalica prius minuta. ¶ Ille vene que ſunt in lingua .i. que ſunt ſub lingua aperiuntur in ſquinantia. prius tamen cephalica minuta. ¶ Vene que ſunt in temporibus inciduntur in emigranea. ⁊ propter magnum capitis dolorem. ⁊ pro egritudine capitis diuturna. ⁊ ille ſunt quas hyppo. ⁊ auicenna vocant iuueniles. quarum abſciſio reddit hominem īpotentem generare. ¶ Item in collo ſunt due vene que vocantur gindeꝫ. que minuende ſunt in principio lepre. tamen hanelitus anguſtātur maxime. vnde etiam in ſquinantia impediente hanelitum valet hoc.

**Conſequenter** videamus de ſanguinis inſpectione poſt eius abſtractionem. primo eius ſubſtantiam conſideremus vtrum ſit groſſus vel ſubtilis. Si ſit groſſus aut ſpiſſus ipſe ſignificat abundantiam groſſe materie: aut ſiccitatem propter caliditatem conſumentem humiditatem. Si ſit ſubtilis ipſe ſignificat indigeſtionem. ⁊ abundantiam humorum crudorum indigeſtorum. ſi calidus calidorum ſic frigidus frigidorum. ſi ſit vnctuoſus ſignificat: aut lepram futuram: aut nimiam pinguedinem. Lepram quia vnctuoſitas fit in ſanguine ex calore forti ipſum in vnctuoſitateꝫ conuertendo que adurit ſanguinem ⁊ lepram facit. ¶ Item per ſaporem ſi ſit dulcis. ſignum eſt ꝙ bonus eſt. quia ſignum eſt complete digeſtionis. ſi amarus abundantiam colere. ſi acris ſignificat abundantiam melancolie. ſi inſipidus abundantiam flegmatis.

¶ Item per odorem ſi ſit fetidus ſignificat humores fetidos. ⁊ corruptos. ſi aquoſus ſignificat īdigeſtionē. vnde eſt in eo aquoſitas. aliquando multa que eſt in eo vt tranſeat per venas epatis anguſtas. ⁊ ille debet habere colorem vrine que eſt ſuperfluitas digeſtiue ſecunda ſecunde. ¶ Item aliquando eſt in eo ſpuma. ⁊ iſta ſpuma ſignificat ſi non cauſatur ex cauſa ſanguinis ebullitionem: aut ventoſitatem. ideo ſi non ſit in eo ſpuma bonum eſt. ¶ Item per colorem debemus inſpicere ſi ſit albus dominium flegmatis aduſti eſt in eo: aut non aduſti. vtrum aduſti potes cognoſcere per viſcoſitatem. qꝛ tunc eſt viſcoſus. ⁊ facit viſcoſitatem in eo adurens calor: ſed aquoſus flegma naturale. Color bonus in eo eſt rubeus tendens ad ꝗꝺdam obſcuritatem qꝛ purpureus color intenſe rubedinis. ⁊ clarus ſignificat col. ſecundum Gali. in primo de criſi. obſcurus ſanguinem groſſiorē. ¶ Item aliquando eſt viridis. ⁊ ſignificat completam aduſtionem. aliquando liuidus. ⁊ tunc ſignificat melancolie abundantiam: aut ſpirituum mortificationem. ¶ Item aliquando cito exit ⁊ ſignū ē ꝙ eſt ſubtilis. aliquando tarde ⁊ ſignum eſt ꝙ eſt



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0593-7

groſſus:cum mediocriter mediocris. aliquando cito coagula-
tur. ⁊ eſt ſignum tunc ꝙ eſt groſſus: aliquando tarde .et eſt ſi-
gnum ꝙ eſt ſubtilis. ¶ Item bonus ſanguis debet eſſe diuer
ſi coloris in ſuis partibus in ſuperiori parte rubei coloris. ⁊ ver
ſus extrema.quia ille eſt leuis. ideo ad locum ſuperiorem moue
tur in medio rubeus non clarus in fundo niger propter melan
coliam. quia ſanguis groſſus:melancolicus in fundo reſidet.
¶ Item per fixuram poteſt cognoſci. vnde accipias baculum
in extremo rotundum : ſi non reſiſtit : ſed ſtatim ſcindatur : ſi-
gnum eſt ſiccitatis : ſi reſiſtat multum eſt viſcoſus : ſi mediocri-
ter mediocris.

**Habito** de quibuſdam medicinis nunc dicamus q̃tum
ad preſentem lectionem de tribus electuariis la
xatiuis.⁊ de duabus medicinis. Trium autem electuariorum.
Primum eſt dyaſcene . Secundum eſt electuarium de ſucco
roſ. Tertium eſt electuarium dulce. Duarum medicinarum.
Prima eſt pillule de maſtice. Secunda eſt pillule de quinq̃z ge
neribus mirabol.

**Dyaſcene** eſt electuarium laxatiuũ propter ſcene qđ
eſt in eo baſis. Et eſt ſcene herba calidiſſi
ma ſiue ca.⁊ ſic.cuius foliis vtimur. purgat coleram ru.⁊ co. ni.
⁊ flegma. ¶ Item confert ſcabiei lepre quartane.⁊ contra vitiũ
ſplenis ⁊ epilepſie.⁊ ſincopi.⁊ cõtra emoroidas. ⁊ purgat melan
coliam.⁊ ideo purgat quẽlibet humorẽ preter ſanguinez. Si vo
lumus purgare flegma pluſq̃z co. vel melancoliã debet dari cuz
cartamo:aut cum ſemine vrtice.ſi plus coleram debet dari cum
ſero caprino ſi plus melancoliam cum decoctione epithimi.hec
ſunt verba aliabatis ſecũdo practice de regali diſpoſitione.dicit
ꝙ doſis eius eſt bene a. ℥. iii. vſq̃z ad. vii. dyaſcene euacuat me
lancoliam aduſtam ⁊ non aduſtam . ideo confert melancolicis
⁊ maniacis . quia melancolia que eſt morbus . fit ex melancolia
non aduſta.⁊ cardiacis cuz cardiaca debeat fieri ex fumis melan
colicis ad cor eleuatis ex humore multo ſpiritus vitales inficien
tibus ſiue conturbantibus. ¶ Item triſtibus cum triſticia fit ex
abundantia humoris melãcolici ſpiritus obumbrantis ⁊ obſcu
rantis. gaudium enim fit in luce : ſed in tenebris anima triſtatur
in iſto eſt plus de ſcene q̃z de aliquo alio. ideo eſt baſis in eo . eſt
ſericum combuſtum. ſericum confortat cor. ⁊ materiam ſuper-
fluam conſumit. combuſtum plus conſumit q̃z confortet. quia
tamen non poteſt conteri niſi prius comburatur : ideo ſemper
cum ponitur in medicinis ſiue hoc fit ad confortandum : ſiue
ad ꝯſumendum ſemper comburitur:licet ſua virtus ſemper mi
nuatur in confortando . ibi ſunt lapis lazuli : ⁊ armenici qui
melancoliã euacuant . ſunt tamen ſtomaco inimica . quia vim
habent nauſeatiuam . abluitur ſic.ponitur in aqua : ⁊ illa cum
ſit immunda amouetur . deinde ponitur in alia aqua . ⁊ illa
cum ſit immunda amouetur.⁊ ponitur alia quouſq̃ aqua clara
exeat. ⁊ ſine ſapore. per qđ ſignificatur eius ſordities eſſe remo
ta. ablui ergo debet lapis lazuli. ⁊ lapis armenicus poſt ſuã pul
uerizationem.ozimum.i.ſemen baſiliconis: ⁊ crocus. ⁊c. ponun
tur hic ad confortationem cordis: capitis.⁊ ſpirituũ ⁊c.patent.

**Electuarium** de ſucco roſ. fuit inuentum propter
delicatos medicinam non potentes
accipere per ſe confert podagre ſciatice ex cauſa calida quotidia
nis : tertianis : quando eſt tertiana non vera . quia coleram eua
cuat reliquias morbi euacuãdo.ibi ſunt ſex.ſ.ſuccus roſ.qui ſua
proprietate confortat ſtomacum ſecundum ſerapionem in ſepti
mo.⁊ excoriationẽ inteſtinorũ ſua ſtipticitate reprimit. ideo re
primit malitiam ſcamonee. Preterea ibi ſunt ſandali propter
epar.⁊ camphora propter cor. quia nõ ſunt niſi tria nocumenta
que facit ſcamonea.ſ. ſtomaco inteſtinis.epati ⁊ cordi.ideo inter
omnia electuaria hoc eſt valde artificiale. ¶ Electuarium ſatis
forte eſt.quia in lib.i.ipſius ſunt.℥.iii.ſcamonee.⁊ illud eſt multũ.
ideo non datur niſi vſq̃z ad.℥.iii. medici iſtud portant ſecum: et
quando medicina parum ducit.patienti dantur.℥.ii. vel circa. vt
plus ducatur:ſed in eo eſt periculum dar. ſic poſt medicinaz. q̃
vnus per huius medicine receptionem fuit ductus.l. vicibus.
Iſtud electuarium eſt bonum ⁊ ſecurum: vnde vnus medicus
magnus fuit qui ſemper iſto vtebatur. ⁊ nunquam dum poſſet
dabat aliam medicinam . non tamen detur poſt fortem medici
nam vt dictum eſt.licet non ducat tantum q̃tum competit.quia
per hoc medicina vigorata vltra moduz duceret. ⁊ ideo eſſet pe
riculum. vnde melius eſſet expectare. q̃z ita cito dare.

**Electuarium** dulce eſt eiuſdẽ generis.euacuat fleg
ma ⁊ colerã.⁊ ideo contra tales mor
bos in quibus eſt vterq̃z humor valet. vnde valet arteticis. q̃
artetica ſecundum auicennam fit ex colera ductrice ⁊ flegmate:
morbum generante ⁊ inducente.ezula ⁊ ſcamonea ſunt in eo ba
ſis.ibi ſunt confortantia roſe.⁊ ſandali.⁊ ſimilia.⁊ euacuãtia tria
vt hermodactili:ezula ⁊ ſcamonea. Differt ab electuario de ſuc
co roſ. quia electuarium de ſucco roſ. coleram puram euacuat.
ideo in tertianis puris ⁊ veris competit.⁊ aliud purgat coleram
⁊ flegma. ideo in tertianis notis competit.⁊ quotidianis: ſed q̃
electuarium de ſucco roſ. tantum coleram proprie purgat. ideo
confert tertianis veris proprie.⁊ etiam artheticis ꝺ materia cole
rica. vnde dicit Nicolaus ꝙ competit contra guttam:coleram:⁊
co.ru. purgat.⁊ conualeſcentes ab infirmitatibus tertianariis:⁊
quotidianariis.purgat ſine moleſtia.

**Pillule** de maſtice ⁊ aloe purgãt ſecure ⁊ valde ſtoma
cũ cũ eſt flegma in eo contentum acuit viſum
cum debilitatus eſt ex fumis eleuatis a flegmate contento in ſto
maco.aloe in eis eſt baſis.maſtix ponitur ad repreſſionez malitie
aloes.quia confortat ſtomacum . doſis earum eſt.℥.ii.ſine acu-
mine aliquo:⁊ optime purgant.gariofili ad ſtomaci confortatio
nem.roſe ad inteſtinorũ confortationem: crocus ad confortan
dum cor. ⁊ ita reprimit malitia ſcamonee: dantur ſecure ad eua
cuandum flegma a ſtomaco ſine obſeruatione diete.

**Pillule** de quinq̃z generibus mirab .i. de quinq̃z mira
bol. optime ſunt ad purgandum col. flegma ⁊
melancoliam a ſtomaco ⁊ membris vicinis. ⁊ doſis eſt. ℨ.ſ. vel.℥.
vi.quia non ſunt violẽte.mirabol.in colatura bene dantur vſq̃z
ad.℥.xx.in ſubſtantia ſua vſq̃z ad.℥.x. vnde bene do de iſtis vſq̃z
ad.℥.xv. vnde accipio emblicorum:bellericorum:ana.ℨ.ſ. vniuſ
cuiuſq̃z ⁊ ita. viii.℥. de illis. deinde alia prima puluerizata vſq̃z ad
vi.℥.⁊ pono in decoctione primorum mirabol.⁊ deinde aliaz de
coctionez quã habeo valentem ad hoc cõmiſcendo cum illa de
coctione ⁊ toto ſimul do. Et tu dices ꝙ mirabol. amittunt vim
ſuaz in decoctione dico ꝙ non moderata exiſtente:licet non ſint
ita fortia. Raſis dicit in ſuis experimentis ꝙ non debent dari in
ſua ſubſtantia.quia ſua aſperitate ⁊ ſiccitate pectori nocẽt. ⁊ ſua
ſtipticitate poſt laxatiuis vehementer conſtringunt:vnde patien
tes poſt ſuam exhibitionez de his conqueruntur . ⁊ propter hoc
cum eis ponitur zuccarum reprimens corũ aſperitatem nocen
tem pectori ⁊ caſſiafiſtula: ⁊ tamarindi ne conſtringatur ita forti
ter vnus eſt modus exhibendi quẽ ponit Raſis.accipiantur mi
rabol.centum.⁊ ponantur in aqua frigida.ita ꝙ ſit aqua eminẽs
bene per.iii. digitos aut.iiii.deinde dimittãtur bene per. vii. dies
in aqua illa . deinde auferatur aqua illa.⁊ ponatur ad ſolez deſic
cari. deinde illa aqua ponatur ⁊ dimittatur per .iiii. dies vel per
quinq̃z qđ eſt melius. deinde iterum ad ſolem ponatur.⁊ ſic fiat
donec albeſcant illi mirabol.⁊ exeat aqua ſine ſapore ⁊ clara.
Deinde iſta aqua que prius eſt extracta detur patienti.euacuat
eniz ſine periculo ⁊ ſine malitia ſaporis reſpectu alioꝝ ſcilz deco
ctione vel in ſubſtantia.

**Viſo** de flobotomia in ſe ⁊ abſolute. nunc videnduz eſt de
ea reſpectu farmacie. Et circa hoc queritur dato ꝙ
vtrunq̃z competat ꝙ iſtorũ eſt prius faciendum. vel farmacia
vel flobotomia. Et videtur ꝙ flobotomia.quia ſicut cognitio
generalis precedit ſpecialez. ita euacuatio generalis vel vniuer
ſalis precedit ſpecialez ſecunduz Gallienũ in multis locis flobo
tomia eſt euacuatio vniuerſalis reſpectu omnium humorũ.⁊
ſpecialiter ſanguinis farmacia ſpecialis reſpectu vnius. ergo ⁊c.
¶ Itez ſecunduz Raſim ⁊ auicennam prius debet fieri euacua
tio vniuerſalis q̃z particularis.primo enim docent flobotomare
de cephalica que vniuerſaliter euacuat anteq̃z fiat euacuatio de
vena frontis :aut ꝺ venis que ſũt ſub lingua.ergo ⁊c. ¶ Itẽ dic
galie.in ſeptimo megategni.ꝙ ſi inueniatur medicina.que ſcz cu
ret morbum ⁊ ſinthomata ſimul ipſa eſt melior q̃z ſi alteruz tan
tum.ergo ſimiliter euacuatio eſt melior que duo facit q̃z vnum
tantum. ſi vtroq̃z indigeamus.ſed flobotomia eſt huiuſmodi.
quia humores omnes euacuat.⁊ non farmacia. Sed euacuatio
melior ⁊ ſecurior eſt facienda prius ſecundũ auctores.ergo ⁊c.
¶ Et tu dices ad hoc forte ꝙ ſi humores ſint ſubtiles prius eſt
facienda flobotomia q̃z farmacia.ſi ſint indigeſti viſcoſi prius fa
cienda eſt farmacia quia ſi flobotomia daretur contra humores
frigidos viſcoſos:ſanguis frigidus: humidus: ⁊ viſcoſus rema
neret paucus . quia euacuaretur in flobotomia calor naturalis
⁊ ſpiritus. ¶ Contra. dicit galie. vndecimo megategni.:ꝙ ſi ſit
ſanguis multitudo:⁊ viſcoſitas ⁊ opilatio ⁊ farmacia indigeat.
prius tamen eſt ſuccurrenduz cum flobotomia. ergo ⁊ in viſco

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0594-3
DFG

ſitate: ⁊ oppilatione corporis flobotomia eſt facienda. ¶ Sed contra. ſecuriora prius ſunt facienda: ſed farmacia eſt ſecurior: cū minus debilitet virtutē que maxime debet ſeruari a medico. ⁊ reſpici. ergo ⁊c. minor patet per Galienū vndecimo megategni. minutio ſanguinis ceteris euacuatiōibus defectionem virtutis magis inducit.

**Solutio** auicē. ſicut ſoluit illam queſtionē libro primo quia ſi īdigeat patiens flobotomia ⁊ farmacia aut equaliter: aut inequaliter. ſi inequaliter. tunc ſuccurrendū eſt magis ei. quo magis indiget. Si equaliter. tūc diſtinguo: aut tu vis dare fortē medicinam: aut debilem. Si fortem. vt eſt eleborus. ⁊ eſt repletus patiens, cum indigeat farmacia facienda eſt prius flobotomia ne ex nimia humorū cōmotione vene turpentur. hoc dicit auicenna. Si debilē medicinam oportet dare aut ſanguis eſt mixtus cum aliis humoribus: aut ſeparatus per ſe. ſi mixtus. tunc debet prius flobotomari cum euacuat omnes humores cū quibus eſt ſanguis mixtus. Si eſt ſeparatus. aut humores ſunt ſubtiles: aut viſcoſi: aut indigeſti. Si diuiſus ⁊ humores ſunt ſubtiles dē fieri flobotomia q̃ farmacia. vt natura fortificetur exonerata. cum indigeat euacuatione ſanguinis per hypoteſim. nec indiget multitudine ſanguinis tanta ad digeſtionem humorum ſubtilium. q̃tum ſi eſſent viſcoſi. ⁊ eſt facienda quia eſt ſecurior q̃ farmacia ſecundū auctores. per hoc natura fortificata melius reſiſtit venenoſe materie. Si hūores ſint groſſi viſcoſi indigeſti: medicina debet precedere. qr flobotomia euacuaret ſubtile. ⁊ reſiduū ingroſſaret. Breuiter ergo cū eſt equalis indigentia flobotomie ⁊ farmacie. ⁊ eſt abundantia humorū ⁊ ſanguinis prius flobotomia eſt facienda excepto vno caſu tantum. ſ. cum ſanguis eſt viſcoſus ⁊ humidus. ¶ Ad Galienum dicendū: aut ipſe intellexit de inequali abundantia. ſ. quādo ſanguis multo plus abundat qđ patet per eius intentionem ibi. qr de ſinoco ibi determinat. vbi eſt maior abundātia ſanguinis q̃ aliorū humorū. ⁊ ideo tunc prius facienda eſt flobotomia q̃ farmacia propter humores putridos corruptos abundantes ibi.

**Conſequenter** queritur vtrum in febribus interpolatis competit farmacia. ⁊ videtur ꝙ non. quia omne farmacū eſt calidū primo afforiſmorū. Sed calidū adueniens calido. facit ipſum furere. ergo cū in eis ſit calor non debet medicina exhiberi. ¶ Item aut datur ante digeſtionem: aut poſt. non ante ſecundū illum afforiſmum indigeſta medicina ⁊c. nec poſt ſecundum galienum primo interiorum. Natura non indiget medici auxilio niſi cū morbo magnificato nequiuerit dominari: ſed poſt digeſtionē natura dominatur. quia ſecundū Galienū digeſtio non eſt niſi cū natura morbum vincat. ergo ⁊c.

**Solutio** dico ꝙ datur in febribus interpolatis poſt digeſtionem materie. non ante digeſtionem materie. ¶ Ad primū dicendum ꝙ medicina calefacit per ſe. ⁊ infrigidat per accidens euacuandum medicinam cauſantem calorem ſiue febrē quando aliquid nocet parum. ⁊ iuuat multum illud non eſt dimittendum propter illud nocumentum. parū aūt calefacit ⁊ infrigidat multum.

**Ad argumentum** ſecundum dico ꝙ cum natura in digerendo dominat̄ nō debet adiuuari ad digerendū poſt digeſtionē tamen non dominatur aliquando in expellendo. quia expulſio eſt motus localis. ⁊ digeſtio: alteratio ⁊ motus localis eſt fortior. q̃ alteratio. ¶ Et tu argues cōtra ꝙ digeſtio que eſt alteratio eſt fortior q̃ expulſio. quia expulſio fit in breui tempore digeſtio in lōgo tempore difficilius ē digerere q̃ expellere. quia quod fit tardius eſt difficilius. ¶ Dico ꝙ expulſio fit citius. quia materia eſt obediens ⁊ diſpoſita vt expellatur quantum eſt de ſe ſi virtus eſſet ſufficiens ⁊ fortis. ſed quia ille motus eſt fortis. ideo non ſufficiens adhoc niſi adiuuetur. ⁊ digeſtio eſt ſuper materiā inobedientem ⁊ indiſpoſitam. ideo tarde fit ⁊ paulatine contrarias diſpoſitiones abiiciendo. ⁊ conuenientes inducendo. ideo indiget adiutorio. in expellendo licet dominetur indigeſtione. tamen quia virtus eſt debilitata per morbū precedentem ⁊ ex reſiſtentia materie morbi indigerendo.

**Yeralogodion** mēphitū. yera. i. ſacra. logos. i. ſermo. memphitum. i. impedimentū curat enī impeditam locutionē ex quacunq̄ ſit cauſa. hec omnes. i. ſacras partes. i. cerebrū ab omni impedimento liberat linguam ⁊ quecunq̄ cum ſit impedita ſanat ſimplex vel laxatiuū datum melancoliam ⁊ flegma mirabiliter purgat. cum calida detur epilepticis cū calida ſale. ⁊ mulſa curat ſtomacos ⁊ ſpumantes caducos. ⁊ vertiginoſos. qui linguā ſibi mordent cephalargicos. emigraneos. ⁊ qui ita vexātur ex capitis motionibus vt videantur q̃ſi demoniū habere ſiſ mēſibus vt diximus data ꝓdeſt aut hoc antidotariū ſine periculo: neq̄ vllas moleſtias accipientibus infert. decima pars confecta eſt lib. i. ℞. colloquintide interioris. polipodij. ana. ℥. ii. euforbii. folii corādii: ana. ℥. i. ⁊. ʒ. ⁊ grana abſinthii. ⁊ mirre: ana. ℥. i. ⁊ gra. xii. centauree: agari. amomi. cimini anatis: folii: ſpice: ſquille: dyagridii. ana. ℥. i. aloe: cinamomi thimi. caſſie. camedie: bdelii puriſſimi: ana. ℥. ii. ⁊ grana. xiiii. cinamomi: oppoponaci: caſtorei: ariſtologie ro. piperis al. ⁊ lon. ⁊ ni. croci. ſerapini: petroſilini: ana. ℥. ʒ. elebori nigri. ⁊ alb. ana. ℥. vi. mel qđ ſufficit. dantur autē de eo. ℥. iii. mane vel ſero cum calida: vel cum mulſa. ⁊ ſale diſtemperata in modū caſtanee.

**Yera ruffini** yera. i. ſacra. ruffini ab auctore dicitur. datur proprie ſcabioſis ex ſalſo flegmate elephātioſis ⁊ ſerpiginoſis. curat vtranq̄ morpheā cū aqua tepida datur: ſed ſi purgationem purgare volueris. adde. ℥. ii. ſcamonee ⁊c.

**Superius** viſū eſt de vniuerſali euacuatione que fit per flobotomiam nunc videamus de magis particulari que eſt ventoſatio. Iſta ventoſatio. aliquando fit cum ſcarificatione. aliquando ſine ſcarificatione. cū ſcarificatione quinq̄ de cauſis. ¶ Prima cauſa eſt. quia aliquando ponitur ventoſa ad reſtringendū ſiue diuertendum. vt ſupra mamillas apponuntur ventoſe ad diuertendum fluxum humorū ſiue menſtruorum ſecundum hyppo. vi. afforiſmo. ⁊ hoc dicit Galienus. xiii. megategni ſi in ſanguinis fluxu de vulua in mamilla apponitur ventoſa valet ⁊ debet. ſ. caueri. vt ſcilꝫ apponatur in oppoſitum ſupra membrum habens colligantiā ad illud. aliter nihil faceret ⁊ per hāc viā dicit ibidem ꝙ in fluxu ſanguinis narium apponere ventoſam ſupra hypocundrium dextrū valet. ⁊ ſi a ſiniſtra ſupra ſiniſtrum. ⁊ ſi ab vtraq̄ ſupra vtrunq̄. ¶ Scđa cā eſt vt attrahantur humores ab intra ſiue a profundo corporis ad exteriora. vnde Galienus. xiii. megategni. vnde ſcimus. quia ventoſa ceteris fortius attractiuis que iterius ſunt extra ducit. ⁊ apoſtema aufert durū. precedente tamen euacuatione vniuerſali maxime ſi corpus ſit plenum. ¶ Tertia cauſa eſt vt per ventoſam membrum retineatur: ſiue reducatur ad loca propria. vt cū inteſtina cadunt inferius appoſitio vētoſe ſupra ventrem retinet. ea reducit ad locum proprium. ¶ Quarta cauſa eſt ad diſſoluendum ventoſitatē. vt in colica per hoc dolor ceſſat. vnde in quadā muliere accidit ꝙ erat pinguis valde propter ꝙ ſepe habebat colicam. Et quedā mulier alia accipiebat duas ollas ſtrictas in orificio. ⁊ ponebat in vno magno vaſe eneo. ollas ⁊ vas eneum ponebat ad ignem demum: panno lineo ventrem tegebat. ⁊ poſtea illas duas ollas calidas ſupra ventrē ponebat. ⁊ adherebat vētri ⁊ ſanabat. in ꝑpate: aut in mā itēſa nō ꝯuenit ventoſa in colica niſi materia ſit flatica ⁊ ventoſa. ¶ Quinta cauſa eſt quando appoſitio ventoſarum fit ad doloris mitigationē: ⁊ tunc in colica paſſione fit generaliter hoc modo. ſiue hoc fit ex apoſtemate ſiue fit ex materia colerica: ſiue ex flegmate ſiue ex ventoſitate ⁊c. Unde Galien. in decimotertio megategni: capitulo quarto. aliquando curamus dolorem exiſtētem propter fumoſitatem inteſtinorum cum ventoſa ignea. ⁊ ita valet ad diſſoluendam ventoſitatē: ⁊ per conſequens ad curandum ſi ſit cauſa ventoſitatis. ⁊ ad dolorem mitigandū ſi ſit ex materia alia: licet non curetur perfecte: vt patet per Galienū ibidem ⁊c. ¶ Aliquando autem fit ventoſatio cum ſcarificatione. quare autem fit ventoſatio non flobotomia: triplex eſt cauſa. Prima cauſa eſt quia volumus euacuare a membro vno ⁊ nō ab alio. ⁊ ideo fit ventoſatio ⁊ non flobotomia que a toto corpore euacuat. ¶ Secunda cauſa eſt: quia virtus eſt debilis aut etas inconueniens. vnde Raſis in ſeptimo. ventoſe a paruis venis ſanguinem trahunt. ⁊ ideo non debilitant ſicut flobotomia que a magnis venis calorē ⁊ multitudinem ſpirituum euacuat cum ſanguine: ventoſe autem parum de calore et ſpiritu euacuat. ¶ Tertia cauſa eſt. quia intendimus euacuare ſanguinē a membris ignobilibus ⁊ non a nobilibus. flobotomia aūt principaliter euacuat a nobilibus a magnis venis: ventoſa aūt a membris ignobilibus ⁊ a paruis venis immixtis in mēbris. ⁊ ab extra venas. ⁊ hoc habet ab haly in tegni. vnde docet vētoſatiōē fieri prope talū. vt maxima fiat remotio a mēbris nobi

libus. Loca aũt in quibus vniuerſaliter ponuntur ventoſe ſunt
iſta in coniunctione colli ⁊ capitis inter cornua capitis. Et iſta
ventoſatio habet locum cephalice: confert enim paſſionibus ca
pitis ⁊ membrorum in capite exiſtentium. vt dolori dentiũ ocu
lorum: auriuz: precedente tamen totius corporis purgatione ne
ad caput materia trahatur ⁊ impleatur. ⁊ ſic morbus augeatur
ſecundum Galienum decimotertio megategni. capitulo predi
cto: ſed cauendũ eſt ne aſſueſiat. quia aſſuete memoriaz ledunt.
¶ Secundus locus eſt ſupra nuccaz pupis. ⁊ habet oficium ve
ne nigre in coniunctione ſpatule cum collo. valet ad paſſiones
faciei. vt in pectigine ⁊ in fetore oris. ſed poſita ſupra ſpeciales
habet officium baſilice. ⁊ mundificat partes pectoris. eſt tamen
nocens ori ſtomaci. ⁊ infert tremorẽ cordis. vnde in talibus non
debet fieri. valet tamen tremori cordis ex repletione. ⁊ cum calo
re ſecundum Raſim ſecundo almanſoris. Ventoſe ſub mento
mundificãt faciez: ipetigini conferunt: ⁊ in mandibulis patienti
bus. aliquãdo ponuntur in renibus. ⁊ tunc conferũt paſſionibꝰ
membrorum inferiorum. aliquando in cruribus intra ad prouo
cationem menſtruorum emoroydarum. iſta enim ventoſarum
appoſitio melior eſt mulieribus q̃z ſaphene apertio ad prouoca
tionem menſtruorum. quia fortius attrahit a propinquiori.
¶ Item differentia eſt inter ventoſationem ⁊ flobotomiam. q:
flobotomia ſanguinem groſſum euacuat. ⁊ ventoſatio ſangui
nem ſubtilem. per hoc differt attractio per vacuuz ab attractio
ne per farmaciam. quia farmacia humorem certum ⁊ determi-
natum euacuat ⁊ attrahit. ſed vacuum ſubtiliorem.

**Poſtea** videamus quando debeat fieri ventoſatio.
Primo dico q̇ in pinguibus non valet ven-
toſatio. quia ſecundum ariſtotelẽ in animalibus. ſicut in flumini
bus accidit q̇ canalia aliquando ſubtilia que luto implentur. ⁊
tunc non ſunt canalia. quia per ea non poteſt aqua currere. ⁊ po
ſtea luto euacuato iterum fiunt canalia. ſimiliter eſt in corpori
bus humanis. quia quedam ſunt vene que aliquando non ſunt
canalia. q: carne ⁊ pinguedine replentur. ⁊ tũc per eas non currit
ſanguis. quia ergo in piguibus ſunt valde ſtricte vene que carne
aut pinguedine replentur. ideo non eſt in eis ſanguis. ⁊ ideo ven
toſe non attrahunt in eis niſi cum magna violentia. nec attra-
hunt niſi ſanguinem ſubtiliſſimum. ⁊ groſſus per locum oppila
tum tranſire non poteſt. ¶ Item debes cauere ne exhibeas
ventoſas in principio menſis. quia humores ſunt quieti. ⁊ ideo
cum difficultate trahentur. nec in fine. quia illa quadra eſt frigi
dã. ⁊ ideo non attrahentur faciliter. ſed in hora media. quia tunc
ſatis ſunt humores mobiles. nec ſunt nimis frigidi. ¶ Item in
hora diei tertia. quia tunc propter calorez pori aperiuntur ⁊ ſan
guis in illa hora magis ad membra mouetur. ideo de facili trah
tur ad ea ⁊ ab eis. ¶ Item poſt balneum non debet fieri vento
ſatio. quia timendum eſſet ne fieret fluxus ſanguinis nimius ni
ſi in caſu: ſcilicet ſi ſanguis ſit nimis groſſus. tunc ſanguis ante
ventoſationem debet fieri ſubtilis per balneum ſicut in floboto
mia dictum eſt in regulis de flobotomia. ¶ Differt attractio
ſanguinis per ventoſas ab attractione per ſanguiſugas. quia ſan
guiſuge magis attrahũt a profundo corporis ventoſe aũt a par
tibus ſuperficialibus. debent ergo ſanguiſuge apponi ad locuz
vbi volumus attrahere a profundo humores. ¶ Item anteq̃z
apponantur debet locus fricari vt fiat rubeus. ⁊ ſi non velint ſe
adherere cum membro debet locus illiniri cum ſanguine recen
ti vt adhereant. debet ergo locus fricari: aut lauari aqua calida.
¶ Debent eligi tales ſanguiſuge non que ſunt in aqua lutoſa:
⁊ turbida. ⁊ que ſunt vergulate. quia iſte ſunt venenoſe. ſangui
ſuge ĩ colore ſimiles lapidi lazuli: ſed debent eligi que ſint rubee
tendentes ad colorem epatis que habeant duas lineas rubeas:
aut tendentes ad quandam viriditatem que habeant parua ca
pita. ⁊ ſint longe graciles in aquis claris manentes. ¶ Et ſi ve
limus eas facere cadere: debemus apponere ſal vel calcem: aut
puluerem: ſiue cinerem contra earum capita. ⁊ ſi poſt caſum. q:
cutem perforauerunt fluat ſanguis. tunc reſtringendus eſt. ſ. cuz
puluere tegule recentis ⁊ galle. ⁊ parum de ſanguine draconis
tunc ſpergatur ſupra locum ne reſtringatur. ¶ Item poſt caſuz
earum dz apponi ventoſa. quia per ſanguiſugas fugit attractũ
de ſanguine pluſq̃z exterius ſit euacuatum. debet ergo apponi
ventoſa vt ille ſanguis extrahatur. Appoſitio illarum ſanguiſu
garum valet in paſſionibus cutis quando paſſio eſt profunda
ta in cute. ¶ Item in iſtis ſanguiſugis que valent ad attractio
nem ſanguinis ſciendum eſt q̇ debent eſſe famelice. ⁊ hoc fit ſic

quia prius debent in aqua per vnum diem conſeruari. ita q̇ nõ
comedant. vel ſi velis plus cõſeruare illas pone in aqua illa pa
rum de ſanguine agni: vel huiuſmodi: vt viuant aliquantulum
temporis. valent ergo in ipetigine: ſerpigine. ⁊ contra malũ vul
nus ⁊ antiquũ. prius tamen corpore euacuato per flobotomiã.

**Habito** de quibuſdã electuariis laxatiuis. ⁊ de qbuſdã
medicinis. adhuc dicamus de duabus medici
nis quantum ſpectat ad preſentem lectionem. Quarum prima
eſt yeralogodion. Secunda eſt yera ruffini. yeralogodion dici
tur a yera qḋ eſt ſacra. ⁊ logos qḋ eſt ſermo. ⁊ impedimentuz. q:
valet ad ĩpedimentum loquelle. Optima enim purgat flegma
⁊ melancoliam. Elleborus al. ⁊ ni. ſunt ibi baſis: in ea ſunt mul
tuz attrahentia. ibi eſt colloquintida: euforbium. elleborus: ſcamonea:
cocondrium: ſemen laureole: ⁊ eſt valde laxatiuum: vnde laxat
bene: ſicut elleborũ. ⁊ licet elleborus ſit ibi minus in q̄titate. ma
gis tamen eſt ibi in virtute. ideo eſt ibi baſis: proprietas eius eſt
multiplex. Elleborus duplex eſt. ſcilicet albus ⁊ niger. Albus
facit vomitum. quia leuior eſt: ſed niger facit ſeceſſum. Elle
borus al. eſt calidus ⁊ ſiccus in ſecundo habet proprietatem de
ſiccandi ⁊ incidendi ⁊ corrodendi: ⁊ ſubtiliandi. Corrodit carnẽ
mortuam. ¶ De elleboro vtroqz ⁊ ſagimine forti: vel ſagimi
ne antiquo fit bonum vnguentum ad ſcabiem. leuiter incidit ⁊
ſubtiliat flegma: ⁊ melancoliam euacuat: ⁊ coleram: ſed ma-
gis melancoliam. Confert melancolie: epilepſie: manie: ⁊ mono
plagie. ⁊ habet maliciam. quia mutat materiam in ventoſitates
eam exſoluendo mirabiliter. ideo facit dolorẽ capitis. ⁊ ſtuporẽ
ideo docet ypo. cum eo ponere daucium. petroſilinuz: aniſum:
ameos: ſiler montanum. per que ſua malitia aufertur. Accipia
tur elleborus viridis: ſed inueniatur quia iſtud eſt bonum: ponã
tur in aqua calida radices parue que adherent magne radici: ⁊
groſſe quouſq̃z poſſint ſcoriari ⁊ remoueri ſordicies. demum de
ſiccentur ⁊ puluerizentur. ⁊ cum eo commiſceantur ſemen dau
ci: ⁊ ſemen ſileris montani: aniſi: ameos: carui ⁊c. ſi ponatur ⁊ in
frigidatur in radice vitis: vinum erit laxatiuum. albus ellebo
rus magis eſt niger: tamen eſt magis caldus. mures interficit:
ſi ex aliquo intincto in eo guſtent elleborus eſt ibi baſis. ⁊ cõfert
hec medicina. ⁊ etiam yera ruffini paſſioni capitis. aliqui dicũt
q̇ debet dari in liquida ſubſtantia: qḋ eſt falſum: ſed in pillulis
quia iſte attrahunt a remotis partibus: tales debent dari in groſ
ſa ſubſtantia. ergo ⁊c.

**Yeralogodion** eſt ſecuriſſima in ſcabie antiqua ex
flegmate ⁊ melancolia datur ſine
acumine. ⁊ ſi acuatur: parum debet acui. Vſus dandi eam talis
eſt bonus ⁊ ſecuriſſimus detur de yeralogodion. ʒ. ii. patienti in
ſero. deinde dormiat in mane vadat medicus ipſum viſitare. ⁊
ipſuz inueniet dormientem: ⁊ quaſi ſtupidum. tunc habeat me
dicus decoctionem ſuam cũ mirab. indis ⁊ kebulis factam cum
epithimo ⁊c. vnde ſunt ibi alique herbe decocte habentes aſpe
ctũ ad melancoliã: quedã ad flegma. illã decoctionẽ det in mane.
tunc illud bene euãbit. cauſa eſt. q: prima magnaz fecit commo
tionem in humoribus. ⁊ iſti humores ſic cõmoti fortius a mira
bol. attrahuntur. vnde plus euacuant tunc q̃z euacuaret vna for
tis medicina. ¶ Doilla dedi ſemel. ʒ. ii. cum. ʒ. i. pillularum au
rearum. ⁊. ʒ. i. yerapigra cuidam qui ſibi timebat de lepra. xx. ſel
las habuit euacuatione facta a ventre habuit vomituz materie
viridis valde ad modum herbe viridis. vnde vnam pinctam ⁊
plus. ⁊ tẽdebat illa mã ad quandã nigredinez: lepra eius fuit pal
liata per tres annos. ⁊ poſtea apparuit yeralogodion ſi ponetur
cũ muſto in teſta oui. ⁊ diſtẽperetur cum muſto in aqua decocti
nis arthemiſie valet ad prouocandum menſtrua per peſſarium
iniectum ſi cum ſagimine leporis yeralogodion diſtemperetur
aut yera ruffini qḋ eſt melius. ⁊ ex hoc fricetur locus morphea
tus curatur.

**Yera ruffini** eſt fortior. in ſua enim recepta ſunt lib.
. ii. ⁊ ſunt. ʒ. ii. ellebori. ⁊ illud eſt multũ.
in yeralogodion nõ ponũtur niſi grana. vi. tritici. xx. grana faciũt
pondus vnius denarii. ⁊ ſua recepta eſt libr. i. ⁊ illa eſt minus q̃z
duodecima. ideo eſt debilior q̃z yera ruffini. valet idẽ yera ruffi
ni qḋ yeralogodion. niſi q: ẽ fortior. ⁊ dicitur a yera qḋ eſt ſacra
⁊ ruffini. q: ruffinꝰ eã inuenit: attrahit flegma ⁊ melãm. iſte medi
cine ſũt fortiſſime. ⁊ iõ nõ dz eas dare medicꝰ niſi ſit mltũ expertꝰ.

**Queritur** vtrum medicina attrahat materiam coniun
ctam ipſius morbi aut antecedentem. ⁊ vi
detur q̇ coniunctam ſecundum ioannitium: materia coniuncta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0596-5
DFG

eſt qua preſente eſt morbus: ⁊ qua abſente non eſt morbus. Illud ergo quod curat morbum illam materiam ſiue cauſam abiicit ſimpliciter. Sed per medicinas laxatiuas aliquando curatur morbus. ergo per ipſas materia coniuncta euacuatur. ❡ Item a medicina humor trahitur a tota ſpecie. ſed eadem eſt tota ſpecies ſiue proprietas in humore que eſt materia coniuncta: et in humore que eſt materia antecedens. ergo ſi vnus poteſt attrahi: ⁊ alius. ❡ Item Galienus in tegni euacuare eſt totam materiam a corpore educere: ſed non educetur tota materia morbi: niſi materia coniuncta morbi euacuaretur ⁊ antecedens. ergo vtraꝫ materia euacuatur.

**Ad oppoſitum** medicina non attrahit: nec euacuat. niſi digeſtum digeſta medicari ⁊c. ſed coniuncta materia non digeritur. ergo ⁊c. minor patꝫ quia digeſtio eſt alteratio faciens ceſſare putredinem. Sed in materia coniuncta non ceſſat putredo. Illa enim in paroxiſmo conſumitur ⁊ inciditur. ergo ⁊c. ❡ Dicunt quidaꝫ ꝙ medicina coniuncta non attrahitur a medicina: ſed ſolum antecedens. Sed illud eſt falſum generaliter ad minus in paraliſi: cum non ſit putrefactio q̄re non poteſt attrahi illa materia coniuncta cū non eſt ibi cauſa: imo planum eſt ꝙ attrahitur: ⁊ membrum in quo eſt leſio alleuiatur ⁊ alleuiationem ſentit. ❡ Et propter hoc dicunt quidā ꝙ verum eſt in his morbis non in aliis in quibus eſt putrefactio. ❡ Sed contra. medicina eſt violentior in attrahendo q̄ flobotomia. ſed flobotomia in pleureſi vbi eſt putrefactio ⁊ febris continua euacuat materiam coniunctam febrem facientem. quia ſecundum Hypocratē ſecundo acutorum: debet flobotomari patiens quouſque ſanguis mutetur a rubedine in nigredinem. Et dicit galienus: ꝙ cum nigreſcit venit a loco paſſionato. ergo per farmaciam poteſt materia coniuncta febrē euacuari. ❡ Propter hoc dico ꝙ materia coniuncta quantum eſt de ſe poteſt euacuari: tamen ſua euacuatio impeditur: quia ante paroxiſmum materia mouetur ad locum minere a quo fortiter propter malam eius qualitatem attrahitur: ⁊ ad ipſum materia ex ſua mala diſpoſitione mouetur. ille autem motus impedit ne a medicina trahatur cum ſit propinquior aliquando minere q̄ medicine: ⁊ materia antecedens. ideo ad mineram mouetur et non ad medicinam ante paroxiſmum. Duo enim ſunt a medicina attractionem impedientia. vnum eſt fortis motus materie ad mineram. Secundum eſt propinquitas eius ad mineram: ⁊ non ceſſat paroxiſmus quādiu poteſt ab humore eleuari fumus potens corrumpere. ⁊ hoc eſt quādiu humor habet formam humoris. ⁊ ideo non ceſſat paroxiſmus niſi cum humor iā eſt q̄ſi cinis factus ⁊ incineratus per putrefactionem completam: ⁊ tunc formam humoris non habet. ⁊ ideo a medicina non attrahitur. Ratio autem eorum qui dicebāt ꝙ in febre materia coniuncta non attrahitur. eſt quia vident ꝙ poſt acceptionem medicine in terciana aut in ſimili morbo: patiens aliquando habet paroxiſmuꝫ vnum: ⁊ forte nihil plus: quod non eſſet ſi materia coniuncta eſſet attracta: ⁊ vbi antecedens eſſet attracta haberet plures paroxiſmos: et ita rationem ſeu opinionem ſuam ſic conſeruabant. Ratio autem eorum qui ponebant ꝙ materia coniuncta non poteſt attrahi: eſt quia materia eſt putrefacta: ⁊ putrefactio mutat ſpeciem: ⁊ ita humor putrefactus actu non habet ſpeciem humoris: ideo non attrahitur. ſed hoc eſt falſum. ⁊ putrefactio cum eſt in ſtatu ebullitionis non mutat ſpeciem humoris. ⁊ tunc facit febrem formalem: ſicut pomum cum in eo ebullitio incohat non amittit formam pomi. ſed poſt incinerationem amittit formam: ita eſt in propoſito. vnde humor in putrefaciendo habet formam humoris: ſed completa putrefactione cum humor eſt putrefactus ſiue incineratus tunc amittit formaꝫ humoris. ⁊ hec ſic verum eſt ꝙ non attrahitur vt dictum eſt: neꝫ feb. tunc facit: nec eſt tunc materia coniuncta alicuius febris niſi quintane aut nouene: vt dictum eſt in libro febrium.

**Ad argumentum** in oppoſitum] dicendum ꝙ non eſt intentio ꝙ digeſtio facit ceſſare putredinem omnino: ſed incenſionem putredinis in materia ſi ſit in actu in putredine aut ad putredinem futuraꝫ ad quam eſt actu diſpoſita a materia non actu exiſtente in putrefactione remouendo diſpoſitiones diſponentes materiam ad hāc putrefactionem: vt ꝙ viſcoſum incidat ⁊c. ⁊ in materia que eſt in putrefactione actuali mitigat putrefactioneꝫ. ⁊ ita digeſtio ceſſare facit in materia putredinem: in hoc ꝙ putredinem mitigat vt dictum eſt ⁊c.

**Conſequenter** queritur vtrum medicina debeat dari in ſtatu morbi. ⁊ videtur ꝙ ſic. quia medicus cum ſit minister nature ipſam in ſuis operationibus ordinatis debet imittari. cum ergo natura ordinate procedendo in ſtatu euacuat. ergo ⁊ medicus. ❡ Item in primo interiorum natura non indiget medicine auxilio: niſi cum ipſa morbo ſucumbit. ⁊ hoc eſt in ſtatu. quia in ſtatu ſunt ſinthomata in malitia vltima que naturam multum moleſtant. ergo ⁊ cetera. ❡ Item cum natura non poteſt materiam expellere ne vincatur: tunc debet medicus eam iuuare. ſed hoc eſt in ſtatu. ergo ⁊c. ❡ Oppoſitum dicit Hypoc. in ſtatu ſilentium habere melius eſt. dicit enim ꝙ dieta non debet exhiberi de qua minus videtur q̄ de medicina: quia medicina eſt contraria nature cum ſit venenoſa. ergo ⁊c. ❡ Dico ꝙ in ſtatu non debet dari medicina: attamen ſciendum ꝙ duplex eſt ſtatus. quia vno modo diſtinguuntur tēpora morbi a parte quantitatis rei euacuande ſicut ī pleureſi. Unde in principio eius nihil aut parum ſpuit patiens. ſed in augmento plus ſpuit: ⁊ in ſtatu maxime ſpuit in declinatione diminuitur ſputum. ⁊ iſte ſtatus non eſt nequior horarum. ſed eſt mitior q̄ principium ⁊ q̄ augmentum. quia materia tunc eſt minus moleſtans ⁊ minus malitioſa. ideo dicit Hypo. primo acutorum: ꝙ quanto plus ſpuitur plus eſt dandum de iure vt confortetur natura ad illud expellendum: ⁊ non detur in principio ne impediatur natura ad digerendum: ⁊ tamen in ſtatu medicīa adiuuans naturam ad expellendum cum non eſt potens omnino expellere: ⁊ leniens membrum: ⁊ habilitans materiam ad expellendum poteſt dari. ❡ Alio modo diſtinguuntur tempora morbi a parte ſinthomatum. ⁊ tunc dicitur principiuꝫ morbi tēpus in quo ſinthomata non apparent aut parum. Et cum augmentantur augmentum eſt ⁊ ſtatus: dicitur tempus in quo ē vltimitas malitie ſinthomatum ⁊ declinatio eſt tempus in quo diminuuntur ſinthomata. Et iſte ſtatus eſt melior horarum. ⁊ in iſto ſtatu nihil eſt dandum ne natura impediatur.

**Ad primum** ꝙ medicus debet ſequi naturam. verum eſt quantum ad locum per quem ſit euacuatio vbi repit natura: ibi oportet ducere: ⁊ inquantum ad qualitatem materie euacuande. vnde affor. quarta. in farmacijs talia educere oportet qualia ſponte venientia: ⁊ non quantum ad tempus euacuandi. quia medicina eam impediret ⁊ ab euacuatione materie deſiſteret cum non moueat niſi mota ⁊ eaꝫ debilitaret cum ſit venenoſa: ⁊ malā diſcraſiam generaret q̄ni ſit calida. ❡ Ad aliud dico ꝙ ibi ſunt multi defectus. primo fallacia conſequentis. Secundo fallacia figure dictionis. Nam nō ſequitur. debet iuuare. ergo tunc debet iuuare. Uel ſic dicenduꝫ ꝙ debet iuuari niſi impediretur per illud quod datur ad iuuandum. ſed vt viſum eſt impediretur per medicinam. ⁊ ideo maius nocumentum q̄ iuuamentum faceret. Uel dicendum ꝙ illa auctoritas maxime in medicinis alterantibus attenditur ⁊ non in euacuantibus. ❡ Ad aliud quod arguitur ꝙ in ſtatu morbi eſt medicina danda. quia natura tunc maxime laborat: quia tūc ſūt accidentia vltimata. Dicendum ꝙ virtus animalis que viget ī lacertis ⁊ muſculis maxime laborat. ſ. paſſiue. ⁊ virtus naturalis eſt ſalua: ⁊ non laborat paſſiue. ſed actiue tantum expellendo: ⁊ eſt fortior reſpectu materie egritudinis cuꝫ iam illā vicerit: licet eſſet fortior in ſe. ⁊ idō non indiget medicine auxilio.

**Conſequenter** queritur vtrum medicina debeat dari in die acceſſionis. ⁊ videtur ꝙ ſic per Haly in tegni in capitulo de cauſis. ❡ Item hoc ideꝫ dicit auic. in quarto. quia in quartana ⁊ quotidiana in die paroxiſmi debet fieri vomitus qui eſt fortior medicina q̄ ſeceſſio. ergo ⁊c. ❡ Item vna cauſa eſt quare materia melius attrahitur a medicina cum nature odioſa eſt. cum ergo in paroxiſmo magis ſit odioſa q̄ ante. ergo tunc erit maxime apta ad euacuandum. ❡ Ad oppoſituꝫ eſt auic. dicens: ꝙ tunc eſt tempus quieſcendi ⁊ ſomnum querendi. lib. primo. capi. de flobotomia.

**Solutio.** multi medici dederunt medicinas in die paroxiſmi. vt magiſter Roger⁹ baro. ⁊ multi alii vt inuenitur ī practicis ſuis. ſꝫ nō dabāt fortes: ſꝫ debiles. ⁊ tūc dicebāt ꝙ medicīa debil' erat dāda. vt. ʒ. ii. yerapigre. ⁊ rō p quā faciebāt erat iſta. q2 ꝑꝫ gal. ꝑmo d̄ criſi. motus nature iuuat ad materie expulſionem: cum ergo in die paroxiſmi magis moueatur: tunc poterit faciliter expelli ❡ Sed cōtra ⁊ per hoc ad illud reſpondetur. motus confuſu ⁊ incertus iuuat ad extractionem materie. ſed motus ad certuꝫ nō iuuat: quia tunc ſit motus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0597-1
DFG

agitatiuus cū materia mouetur ad vnum locū a natura ⁊ a medicina trahiẽ ad aliū. Sʒ i paroxiſmo ē mot⁹ ad certū vbi ad nīnerā vl̃ etiā expellēda ad exteriora:⁊ medicina adheret ſtō.ǵ ⁊c. ¶ Iſtud credo ſm̄ auic.⁊ galie.ꝙ nō debet dari medicina fortis in die paroxiſmi.ſed debilis poteſt ſʒ baly. ſʒ non hora paroxiſmi:ſed ante horam:vt allenietur paroxiſmus ſcōm baly ⁊ auic. in quarto dicentē hoc de vomitu in quartana:⁊ cum dicitur ꝙ tunc facilius attrahitur:quia motus eius iuuat.falſum eſt vt patet ex predictis.quia motus ille intelligitur de quo loquitur i p̄imo de criſi de materia furioſa que non mouetur ad locum certum:ſicut materia faciens paroxiſmū. ¶ Ad aliud quod arguitur:ꝙ tūc eſt materia magis odioſa nature. verum eſt.tamē non debet propter hoc dari medicina euacuans:quia diuertit naturam in illa hora:⁊ ille motus egritudinis eam debilitaret ꝑpter cauſam predictam.

**Tyriaca magna** Galie.tyriaca dicitur domina medicinarum.galieni. q: galie. eam compoſuit:facit contra grauiſſimas paſſiones corporis humani:epilenticis cathalenticis:apopleticis ⁊c.

**Tyriaca** diateſſaron:de quatuor rebus antiquis dicitur.ſed alii philoſophi aliquid poſtea addiderunt.ꝓpriẽ valet toxicatis ⁊ canis rabidi morſibus:⁊ aliis venenis:morſibus animalium:detur cum ſucco mente:⁊ ſuper ipſum vulnus inuncta apoſtemata bonū ⁊c.

de cliſteriis

**Superius** diximus de euacuatione vniuerſali que fit per flobotomiaʒ.⁊ de quadam particulari que fit per ſeceſſum:⁊ per vomitū ⁊ per ventoſam.nunc videamus de quadam particulari euacuatione que fit per cliſteria: De qua dantur vndecim regule.Quaruʒ prima eſt ꝙ omnia cliſteria euacuant materiaʒ que eſt in inteſtinis. ¶ Secunda regula eſt:cum cliſteria ⁊ expellant ⁊ conſument ventoſitatem in inteſtinis atentaʒ.ideo valent in paſſione colica:⁊ maxime in colica ventoſa. ¶ Tertia regula eſt ꝙ cliſteria valent in paſſionibus renum ⁊ membrorum nobilium.in paſſionibus renum:quia inteſtina renibus vicinantur.⁊ ideo a renibus ineſt dolor in inteſtinis ex paſſionibus renum:⁊ eſt in eis ventoſitas:quam cliſteria expellunt que dolorem faciebant.ideo doloreʒ mitigant in renū paſſione:ſʒ illam materiam non conſumant nec expellant. Similiter valēt in paſſionibus membrorum nobilium:vt cordis:epatis:quia expellendo feces ab inteſtinis.inteſtina per vacuitatem ſuā attrahunt materiaʒ cōtentaʒ in membris nobilibus. ⁊ ita materiaʒ contentaʒ in eis curant. ¶ Quarta regula eſt.ꝙ ſecundum auic.tertio libro:capi.de cura colice.non debent fieri cliſteria acuta fortia:niſi poſt materie digeſtioneʒ. quia cor ⁊ epar debilitarent. ¶ Quinta regula eſt.ꝙ non debent fieri cibo crudo exiſtente in ſtomaco:quia ille cibus attraheret ad inteſtina ante ſui digeſtionem:⁊ ad epar ſimiliter attraheretur ante ſui digeſtionem.⁊ ideo non debet cliſterium fieri niſi poſt cibi digeſtionem. ⁊ hoc per longum tempus ipſis inteſtinis euacuatis ipſa attraherent ad ſe cibum indigeſtum:ſecunduʒ auicen.libro tertio: capitulo de cura colice. ¶ Sexta regula eſt.ꝙ non debent fieri cliſteria continue:imo debet fieri quies interea ne per hoc natura multuʒ debilitetur. ¶ Septima regula:notandum ꝙ ſi cliſteria non inueniāt humorem contentuʒ in inteſtinis non attrahūt humorem a membris:ſecūduʒ Galie.ſeptimo megategni.cliſteriuʒ non tranſit vltra ieiunum. ¶ Octaua regula eſt.ꝙ diuerſimode adminiſtrantur iſta cliſteria ſecūdum diuerſitateʒ membrorū patientium.vnde ſi paſſio ſit in renibus patiens debet iacere ſupinus ⁊ pedibus eleuatis:debet cliſterium dari:⁊ per iſtum modum iacendi melius attrahit a renibus ⁊ attingit ad eos. Si in inteſtinis debet iacere pronus propter eandem cauſam. ¶ Nona regula.ꝙ non debent fieri cliſteria in tempore calido:ſed aliquantuluʒ frigido ne per hoc febris ſequatur propter eorū acuitatem:⁊ debent fieri ante cibuʒ aut poſt multum. ¶ Decima regula eſt:ꝙ bonum eſt ꝙ ante cliſteria fiat humorum ebullitio ſiue cōmotio qđ facit balneum ante cliſteria:quia melius attrahūtur ad inteſtina ipſis euacuatis. ¶ Undecima regula eſt:ꝙ non debent fieri cliſteria cum patiens eſt infirmus aut i inteſtinis aut in ano:vt cuʒ in eis eſt apoſtema aut emoroide nō cōpetunt.cauſa eſt duplex.quia primo patiens lederetur ab ipſo cliſterio. Secundo per cliſterium fieret attractio ad locum paſſionis ⁊ doloris ſecūdum Galie.⁊ ad ipſum non debet fieri attractio.

¶ Secūdum circa hoc notandum ꝙ cliſteria multis ⁊ diuerſis intentionibus fiunt. Nam aliquando fiunt ad mollificandum: vt vbi eſt fortis induratio fecum fiat cliſterium mollificatiuuʒ. Accipe maluas biſmaluas:herbam mercurialeʒ violariaʒ.⁊ decoquantur cum iſtis:addatur colatura furfuris ⁊ paruʒ ſalis ⁊c. ¶ Item oleum violatum aut butirum recens aut ſagimen porcinum. In hoc autem cliſterio non debet eſſe ſal niſi parum ſi ſit ibi:vt faciat ipſum citius deſcendere ⁊ expelli. ¶ Aliquando fit cliſterium ad mordificandum. Accipe abſcinthium abrotanum centauream:calamentum:origanum:⁊ ſimilia:⁊ decoctioni iſtarum addatur parum mellis.⁊ ſi vis purgare flegma addatur polipodium:⁊ cum hoc plus ponatur de ſale q̃ʒ in illo primo cliſterio. quia non fit pro induratione fecum: ſed propter defectum colere que ad iſta inteſtina non delegatur ad expulſionem. Sed prima competit in induratione fecum.⁊ ideo maxime competit in colica facta ex fecum induratione:quia eam curat. ¶ Aliquādo fit cliſterium ad mundificandum:vt cliſterium mundificatiuum:vt in diſſinteria.quia prius oportet vulnera mundificari q̃ʒ ipſa conſolidentur.fiat ex rebus mundificatiuis.accipe lentes ordeum mundatum:fabas:⁊ coquatur:⁊ in decoctione aque diſtemperetur mel.vel ſi vis fac cliſterium ſimplicius. Accipiatur aqua caſei:ideſt ſerum cum melle:⁊ iniiciatur dictum ſerum cuʒ melle:⁊ coquatur:⁊ ſi vis adde furfur triticeum cum predictis ⁊ coletur ⁊ colatura iſta per cliſterium iniiciatur. ¶ Aliquando fit cliſterium ad conſolidandum:⁊ tale fit ex rebus viſcoſis: vt i diſſinteria:accipe dragagantū:gūmi arabi.primo tamen accipiatur vitella ouorum aſſatoruʒ:⁊ piſtentur cuʒ oleo roſato diſtemperentur cum muciłagine pſilii : ⁊ cum aliquibus ſtipticis : ⁊ de galla:⁊ aliquantulum de ſanguine draconis. Si debilius vis facere vitella ouorum aſſatorum accipe:⁊ diſtemperentur cū oleo roſato.ſi vis facere fortius:fac predictuʒ. ¶ Aliquando facim⁹ cliſterium ad conſtringendum.quia inteſtina aliquando ſunt ita debilia ꝙ nō poſſunt feces retinere:⁊ tunc īdigent ſtipticis cōſtrictiuis:vt ex talibus fiat cliſterium:vt roſis:acatia:ypoquiſtidos galla ⁊c:dragaganto:gūmi arabum.ſi vis facere fortius:adde cū his folia quercus:⁊ folia meſpillorum:iſtis etiam vtimur ad conſolidandum:⁊ non ſolum ad conſtringendum. ¶ Item ſolet fluxus ventris curari per aliqua non conſtringentia:ſicut per cliſterium factum de ſepo yrcino quod eſt quaſi inteſtinorum lorica contra coleram calidam ſcoriantē:quia groſſus eſt ⁊ cito coagulatur ⁊ deſcendit ad inteſtina ne colera mordicentur ⁊ debilitentur:que confortata q̃tum in ſe eſt retinent ne materiam aliunde recipiant ſicut prius. ¶ Aliquando fit cliſterium ad laxandū: vt cliſterium laxatiuum.⁊ hoc dupliciter.aut in cauſa calide euacuando humores calidos:aut in cauſa frigida euacuādo humores frigidos:vt flegma. Si in cauſa calida: accipiatur malua biſmalua mercurialis cum decoctione iſtarum:addatur oleū violarum ⁊ detur cum electuario de ſucco roſarum aut electuario dulci. aut caſſie tracte ⁊ ſimilib⁹ diſtemperatis. Si in cauſa frigida:tūc accipe calamentū:origanum:abrotanū:polipodiū.Et ſi cuʒ hoc flegma a ſtomaco volumus euacuare illi decoctioni addatur ierapigra:⁊ ſi a renibus addatur benedicta.

**Conſequenter** videamus de ſuppoſitis. aliquando fit euacuatio per ſuppoſita:⁊ illa aliquando fiunt lenia:vt ex ſapone gallico:aut ex pinguedine porci addendo parum ſalis ⁊ mellis:⁊ ſucci mercurialis: ⁊ debet ſemper inungi in oleo violarum vel ſagine porcino. ¶ Aliquādo fiunt fortiora:vt materia contenta in inferioribus euacuetur vt ſi addatur plus ſcamonea:aut aloe:aut fel taurinum ſiue porcinum.q: hec mordicantia ab exteriori addita mordicant : ſicut colera ab interiori veniens.

**Conſequenter** videndum eſt de peſſariis que dicuntur cliſteria que aliquando ad matricis mundificationem ⁊ menſtruorum prouocationem. aliquando ad reſtringendum menſtrua ⁊ prius ad mundificandū ad menſtrua prouocanda: accipias abrotanum: ſauinam rubeam maiorem artheticam nigellam ⁊c. Uel accipias tripheram magnam ſupra theodoricon:⁊ formentur ad modum digiti parui.⁊ ſi fuerit nimis mollis:addatur puluis nigelle:quo facto inuoluitur in panno tenuiſſimo:⁊ ponatur in matricem. Aliquando autem fiunt ad reſtringendum fluxum menſtruorum.⁊ tunc debent fieri ex eis que reſtringant vt acacia: ypoquiſtidos : ſuccus arnogloſe:ſanguis draconis :galle: dragagantum : gummi arabum ⁊ cetera.

**Superius** viſum eſt de medicinis laxatiuis que nocumentum inferunt ex ſui malitia. Nunc vi

dendum eſt de opiatis que eorum maliciam ⁊ nocumentum re
primunt cū poſt ipſas exhibentur. Triplex ē enī nocumentū qd
infert medicina laxatiua. humores enī facit fluere qui commoti
ad membrum debile venientes ibi poſſent cauſare egritudines.
Item membra aperiunt. tertio ipſa debilitant. In opiatis eſt
triplex remedium contra illud triplex nocumentum quod infert
medicina laxatiua pro aliqua in eis contenta. habent enim ali-
qua reſtringentia fluxum humorum. ¶ Item aliqua omnino
conſtringentia membrum rarefactum: vt ſtiptica. ⁊ aliqua que
confortant membrum: vt aromatica confortantia quod eſt debi
litatum. ⁊ dicuntur ab ope: quia per excellentiam opem ferunt:
ſine eo ꝙ nocumentum inducant per aliquam maliciam quam
habeant laxatiue: ſicut laxatiue medicine: ꝓpter hoc ad hoc per
excellentiam dicuntur. aut dicuntur ab opio quod recipiunt: et
licʒ omnes opiū non recipiant: aliquid tamen eſt in eis loco opii.
Inter quas eſt vna nobiliſſima opiata que dicitur tyriaca magna
in qua tyrus eſt baſis ſiue trociſci frigidi de tyro ſiue de carne ty
ri. Tyrus eſt ſerpens qui inuenitur in calida regione. ⁊ eſt calidꝰ
⁊ ſiccus magis tamen calidus ꝙ̄ ſiccus. vipere ſcdm auic. ⁊ phi
loſophum qui eodem modo loquuntur de hoc: debent capi i fi
ne hyemis ⁊ in principio veris. ſed non debent occidi: ſed debēt
ſeruari vſqʒ ad principium eſtatis: vt p hoc forte magis ꝯſume
tur venenoſitas in eis. Ille autem que ſunt flaue ſunt male. ⁊ fe
mina eſt melior ꝙ̄ maſculus: ⁊ eſt illa que habet plures dentes.
ſed maſculus non habet niſi duos: vnum ſuperius: ⁊ alium infe
rius. ¶ Item cornuta timenda eſt: quia timendum eſt ne ſit de
genere ſerpentis qui dicitur dipſas qui ſtatim facit. quia ergo ne
ſcitur diſtingui ab illo accipiatur non cornuta. accipiantur ergo
que ſunt colore ruffe non varie. ⁊ que ſunt bene mobiles caput
leuantes bene: ⁊ ille que morantur in locis humidis: ⁊ in littore
maris aut in lacunis non accipiātur. ſʒ q̄ in locis altis ⁊ in mō
tibꝰ ſunt. ¶ Item ille que poſt abſciſſionem diu viuāt: quia ſi-
gnum eſt ꝙ in illis ſit multum de calore ⁊ ſpiritu a quibus fluit
ſanguis multus: quia non ſunt ita venenoſe ⁊ male. Pars me-
dia recipitur remoto capite ⁊ cauda bene ad menſuraʒ quatuor
digitorū ⁊ in aqua dulci mundatur ⁊ inteſtinis ablatis: ⁊ quod
eſt in ventre ⁊ ſimiliter cutis earum: ⁊ coquantur fruſta deciſa il
lius partis medie cum aqua aceto ⁊ ſale quouſqʒ ab oſſibus ſe-
paretur: deinde oſſa abiiciantur: ⁊ premātur caro ⁊ humor in ea
exiſtens egredietur: ⁊ fiant trociſci ex ea ⁊ ponatur in eis furfur
ſiue aqua furfuris ad conſeruandum vt fiant trociſci. Iſti ſic cō
fecti non poſſunt multum ſeruari: poſſunt tamen alio modo cō
fici: ⁊ poſſunt conſeruari per viginti annos. Ille autem qui facit
trociſcos debet ſibi inungere manus cum oleo balſami ne noce
at ſibi. ¶ Item tyrus habet hanc proprietatem. ſcʒ ducendi ſu
perfluitatem ad exteriora. Unde philoſophus ⁊ auic. dicunt ꝙ
cuidam ex comeſtione carnis tyri accidit apoſtema in collo ple
num pediculis. ¶ Item auicen. primo capitulo de venenis di
cit. ꝙ tyriaca habet proprietatem attrahendi ſuum propriuʒ ve
nenum. ergo per naturam tyri habet proprietatem contra vene
num conſumendo: quia tyrus eſt calidus ⁊ ſiccus: ⁊ attrahendo
ad ſe a corde ad ſtomacum venenum ſuum expellendo ad extre
ma ſiue ad exteriora. ¶ Item valet tyriaca contra venena alia
via. ſ. naturam confortando ſua forma communi reſultante ex
conſtructione ⁊ fermentatione ſuorum componentiuʒ per quaʒ
conuenit corpori humano: ⁊ cor confortat: quia confortatuʒ ve
nenum expellit. ⁊ ſic valet contra omnia venena generaliter. ⁊ p
illam cauſam diuertendo venenuʒ a corde per ſuam formam cō
muneʒ quaʒ habet ex actione ⁊ paſſione ſuorum inuiſibilium per
quam virtuteʒ: confortat cor quantum ad ſuas operationes pri
mas facientes ſecundum galie. xiii. megategni: valet melius re-
cens ꝙ̄ antiquata: ſcʒ ad ea que facit tyrus. ſed quantum ad ope
rationem quā habet ex ſua forma: melius valet antiquata ſcdm
auic. Tyriaca eſt infans vſqʒ ad ſeptem menſes: ⁊ iuuenis vſque
ad finem decē menſium in regione calida: ⁊ vſque ad finem vigi
ti regiōe frigida: ⁊ ſenex ⁊ corrupta vſqʒ ad finem quadraginta
annorū in regione frigida: ⁊ vſqʒ ad. xxx. in regione calida ſi
ſit bona iuuenis aut corrupta ⁊ ſenex poteſt ſciri per hec. accipi-
unt apothecarii caſeum recenteʒ: ⁊ ponatur in extremitate caſei
herba ex qua inflāmantur humores: ⁊ per hoc denigratur caſe
us aut citrinatur: ⁊ ex alia parte ponatur tyriaca ſi fugat ipſum
bona eſt. ſi nō: mala eſt. vnde debet facere dealbare lac in illa par
te in qua erat denigratum. ¶ Item ſi faculue. i. gallo ſiluestri tri
buatur venenum. ⁊ per exhibitionem tyriace curetur bona eſt ⁊
recens. ¶ Item ſi alicui ruſtico cui fuerit data medicina: ⁊ inerit
ad ſellas quinqʒ vicibus: aut ſi habeat fluxuʒ ventris ⁊ cito per
exhibitioneʒ tyriace reſtringatur: bona eſt. Hec duo vltima po
nit auic. hanc compoſuit andromacus. ſed tempore ſuo diceba-
tur mitridatuʒ: quia tantum valet quantū tyriaca niſi in recep-
tione veneni. in mitridato ⁊ tyriaca ſunt eadeʒ: niſi quia in eo nō
eſt caro tyri: ſcdm galie. in mitridato ⁊ ſui ſequaces addiderunt
carnem tyri: ⁊ vocata fuit tunc tyriaca. Iſta tyriaca ſublimior ē
medicinarum: valet contra paſſiones frigidas. ſed non debet da
ri in paſſionibus calidis: ſiue ex materia calida: niſi hoc ſit in diſ
ſinteria: tunc ibi competit in omni caſu. ¶ Item non detur niſi
pꝰ materie digeſtioneʒ: qꝛ eaʒ diſſolueret: ⁊ nō poſſet eaʒ diſſolu
tā ꝯſumere totā cuʒ ſit multa ⁊ īdigeſta: ⁊ ideo nō eſt danda niſi
poſt materie digeſtioneʒ ⁊ euacuationeʒ vniuerſalem. ipſa enim
materia ſi eſſet multa ⁊ indigeſta per eam diſſoluta ⁊ non ꝯſum
pta poſſet ad aliquod membrum nobile fluere ⁊ malum induce
re niſi in appoplexia cum timeatur de morte ſubita: tunc poteſt
dari ante materie digeſtionem ⁊ euacuationeʒ. quia melius eſt
portioneʒ materie conſumere ⁊ aliaʒ diſſoluere ꝙ̄ morteʒ ſequi.
Valet ergo in appoplexia cum vino diſtemperata. vel ſic melius
ſit poſito aliquo inter dentes: fricetur palatum cum ea ⁊ totuʒ
corpus inungatur. quia aliquando in paraliſim terminatur ſto
maticis: valet cum decoctione macis aut nucis muſcate cum vi
no data in iſto vino cum ſtomacatio fiat ex ventoſitate eleuata
cum materia propter indigeſtionem aſmaticis ⁊ raucedini vo-
cis cum ſit ex materia viſcoſa in pectore contenta cum ſucco liq
ritie: aut ſi fiat ex materia reumatica frigida deſcendente ad tra
cheam arteriam. quia reſoluit materiaʒ contentam in pectore: ⁊
fluxum reumatis reſtringit in ſputo ſanguinis non ex acumine
ſanguinis. ſed fiat ex vitio putredinis vene data cum ptiſana vl
cum aqua decoctionis balauſtie vel galle ⁊c. ¶ Item in diſſin
teria cum decoctione ypoquiſtidos aut galle dragaganti ⁊c. con
tra lapidem renum cum decoctione ſaxifragie vel milii ſolis: ad
prouocationem menſtruorum ⁊ mundificationē matricis cum
decoctione arthemiſie aut rubee maioris: contra lepram cum de
coctione mente aut gentiane: quia ſuperfluos humores conſu
mit: ⁊ contra venena diſtemperata cum decoctione ariſtologie
aut gentiane. doſis eius eſt. ʒ. i. ⁊ illud adhuc eſt multum.

**Tyriaca** diateſſaron fit ex quatuor medicinis valenti
bus contra venena: ⁊ ideo dr̄ diateſſaron. reci
pit mirram: ariſto. gentianam: ⁊ baccas lauri: ⁊ fere valet contra
venena ſicut ⁊ prima. doſis huius tyriace. ſ. dyateſſaron eſt. ʒ. ii.

**Circa iſtam** lectionē q̄ritur vtruʒ in euacuatiōe groſ
ſorum humorum competat medicina
fortis. ⁊ videtur ꝙ ſic. quia medicina correſpōdet digeſtiuo. ſed
in eis datur digeſtiuum forte: quia valde diuretica. quia ſecūdū
galie. in tegni. medicine virtus debet eſſe eleuata in gradu eodē
in oppoſita qualitate. ergo ſi illud eſt multum groſſuʒ quod de
bet digeri: illud debet eſſe valde diureticum quod debet digere
re. ergo quod debet euacuare. ¶ Item in quarto afforiſmorum
melancolicos purgare inferius vehementius. ſi ergo vehemen
ter oportet melancoliam purgare ⁊ groſſus humor eſt. ergo ⁊c.
ſecundum Galienum: quia groſſior ⁊ glutinoſior eſt.
¶ Item ſupra illum afforiſmū in quarto. elleborus periculoſus
ſanas carnes habentibus. dicit galie. ꝙ forti infirmitati fortis me
dicina correſpōdet. ¶ Contrarium dicit auicē. quarto libro. ca.
de cura quartane maxime in principio: qꝛ ſubtile euacuaret for-
tis medicina ⁊ groſſum remaneret ⁊ magis impingeretur.

**Solutio.** medicina fortis dicitur quadrupliciter. Pri
mo propter locum a quo euacuat. vt cū a ve
nenis euacuat flobotomia. ⁊ nō a magnis ſolū. ⁊ ſic ſm gallenuʒ
ſecūdo acutorum dicitur flobotomia fortis euacuatio: qꝛ cū vio
lentia euacuat: vnde aperte talis modus euacuādi dicitur fortis
¶ Scdo mō qꝛ cū violētia euacuat: vnde a parte modi euacuā
di dicitur fortis. ⁊ ſic ſcdm ſerapioneʒ in ſeptimo dicitur vomica
medicina fortis: qꝛ preiudicat attractio ſua expulſiua inteſtinorū.
¶ Tertio modo dicitur fortis: qꝛ humorem groſſum euacuat.
¶ Quarto modo dicitur fortis: qꝛ euacuat multum: ⁊ de hac di
cit auicē. quarto libro. ca. de cura tertiane. nō vere. vnde dicit ꝙ
quedam eſt medicīa fortis debilis: quedam eſt medicīa fortis ab
ſolute: ⁊ quedam debilis abſolute. fortis abſolute eſt qua humo
rem groſſum euacuat ⁊ multum vna vice ⁊ fortis. debilis fortis
qꝛ euacuat humorem fortem ad euacuandum. Debilis qꝛ pau
cum. eodem modo dicitur morbus fortis: aut quia eſt ex mate-
ria groſſa: et tunc competit in principio medicina fortis: que
humorem groſſum euacuat: debilis tamen ⁊ paruum: quia aliter

conſumeret ſubtile ⁊ reliquũ cõpingeret. In fine competit fortis poſt materie digeſtionem que multum euacuat ⁊ etiam multotiẽs debilis. qꝛ melius eẽt euacuare per quãqꝫ aut ſex medicinas debiles q̃ꝫ per vnam fortẽ valde que naturaꝫ multũ debilitaret. ⁊ hoc vult auic. cap. ꝑdicto.

**Ad primum** reſpondetur tripliciter. ⁊ primo ſic. medicina euacuans reſpondet digeſtiue: verũ eſt ꝙ illũ humorem quẽ digeſtiua digerit medicina euacuans euacuat. non tamen oportet eodem modo: qꝛ euacuatio nõ fit niſi materia digeſta: ⁊ in principio non eſt digeſta. licꝫ forte ibi ſit aliquod digeſtuꝫ: nõ tamen eſt digeſta quantum ad ſuam portioneꝫ maioreꝫ: vel ſi euacuat de indigeſto: hoc eſt paruꝫ qꝛ nõ obedit. ℂ Scdõ modo reſpondeẽ per interemptionẽ maioris: Imo materie groſſe: nõ reſpondet digeſtiuũ diureticũ valde. naꝫ ſcdm galie. in paſſione renum ⁊ lapidis non debent dari diuretica fortia in magna quantitate: vt eorum operatio ſit fortis: licet valde ſubtiliatiua in pauca quãtitate competant: qꝛ iſta conſumerent ſubtile ⁊ reſiduũ putrefacerent. ℂ Et ad argumentum forte dicitur ꝙ per ſe verum eſt ꝙ illi groſſo reſpondet tantum ſubtile per proportionẽ: tamen per accidens hoc impeditur. quia nõ ſubtiliaret cum non ſit calidũ valde illud quod ita eſt ſubtile qꝛ tunc ſubtile euaporando reſiduũ ingroſſaret: vt dictuꝫ ẽ priꝰ. ℂ Tertio aliter dicendũ ꝙ verũ eſt ꝙ fortis medicina reſpondet digeſtiuo. ſ. poſtq̃ꝫ opus ſuum compleuerit: ⁊ hec eſt materia digeſta: ⁊ non in principio. ℂ Ad aliud dico ꝙ morbus qui eſt fortis multum affligit: vnde indiget medicina forti a principio vſqꝫ ad ſincopim ſcdm galie. qui dicit ꝙ non inuenit meliorem curam ĩ materia furioſa q̃ꝫ illaꝫ. in morbo forti alio modo competit: vt dictũ eſt. ⁊ ſic patet ſolutio.

**Conſequenter** querit̃ vtrũ in ſanis ꝯpetat farmacia. videtur ꝙ non ſꝫ auic. in pmo qui dicit. Caueat conſeruator ſanitatis ab omni re medicinali. ergo ⁊c. ℂ Item cauſa curatiua non reſpondet corpori ſanatiuo: ſed conſeruatiua: qꝛ cauſe diſtinguuntur ſcdm diſtinctionem corporũ. ſed medicina euacuatiua eſt ſpẽs curatiue ſcdm gali. in tegni. ergo ⁊c. ℂ Ad oppoſitum eſt vſus.

**Solutio** dico ꝙ ſano non lapſo non debet dari medicina nec alterans nec euacuans. ſi vero ſit lapſus aut habet corpus mundũ: aut non mundũ. ſi mundum: tunc nõ competit euacuans. ſed ſi competat hoc erit alterans. Et tu dices ꝙ debet ei dari medicina euacuatiua ad preſeruandum: ſꝫ non ad curandũ: vt ſi timetur de tempore eſtiuo ſequente multum calido ne incurrat feb. ꝓpter generationem multe colere ⁊ in eo debes euacuere colerã: lꝫ non abundet: vt poſtea per tempus non fiat generatio colere ſuperabundãtis. Imo fiat diminutio: ⁊ ſic fiet temperamentum. Sed dico ꝙ non debeꝫ dari medicina euacuans ad preſeruandũ: qꝛ moleſtũ eſſet humores euacuare neceſſarios. Sꝫ melius ẽ ei dare medicinã ſuam complexionem alterantẽ: ne plus debito colera generetur. Si habeat corpus ĩmundum tunc competit: non ſub ratione qua ſanuꝫ: ſꝫ ſub ratione qua ꝑparatum ad egritudinẽ cũ in eo materia morbi futuri exiſtit. vnde non remouetur diſcraſia facta ſed fiẽda. ⁊ hoc eſt in preſeruando. Unde euacuatio materie corrupte eſt ſpecies corruptionis. ſed non corrupte eſt ſpecies preſeruationis. ⁊ ſic patet ſolutio ad duo prima argumẽta: ⁊ ad primaꝫ queſtionem patet ꝙ dare yeralogodiõ aut pillulas cochias in principio ẽ malũ: qꝛ ſubtile ꝯſumerẽt: ⁊ reſiduuꝫ ingroſſarẽt.

**Aurea** alexandrina ab auro dicta. alexandrina ab alexandro ptis: ſicut philoſopho a quo fuit inuenta. proprie valet ad omne vitium pectoris ⁊ capitis ex frigiditate: ⁊ maxime ad omneꝫ paſſionem reumaticam que a capite ad oculos ⁊ ad aures ⁊ ad gingiuas deſcendit: ⁊ ad omneꝫ grauedinẽ oluꝫ membrorum que fit de eodem humore. xviii. pars confecta eſt lib. ii. ℞. ſeminis aſſari: carpobal. iuſquiami. ana. ʒ. ii. balſami: cinamomi: folii zedoarie: zinzib. coſti: coralli: caſſie trac. euforbii: gaſiꝫ: thuris: ſtoracis. calamenti: ſalmẽte: meu cardamõi: ſiſelei: napel. i. ſemen ſinapis: ſaxifragie: aneti: aniſi. ana. ʒ. i. ligni aloes: reubarbari: reupon. aſipte: caſtor. ſpice galange: opobalſami: anacardi: maſticis: ſulphuris viui: pione yringi. ro. thi. acori: pulegii: ariſtolo. longe gentiane: corticum mandragore: camedreos bacaruꝫ: lauri: petroſelini: ſe. rauiſtici. ſemi. leuiſtici. ſe. rute. ſemi. ameos: dauci: macropiperis: leucopiperis: xilob. carui amo. ana. ʒ. ʒ. ſ. auri coſti: argenti: meri ambarum margaritarum: bace: bizanzie: oſſis de corde cerui. ana. thuris eboris: calamẽti aromatici: piretri. an. gra. ix. mel. qđ ſufficit detur ad modum auellane eunti dormituꝫ cum vino calido: febricitanti cũ aqua tepida.

**Uiſo ſuperius** de modo digeſtionis ⁊ euacuationis: ⁊ quia euacuatio ſit vt pluriꝫ mum per medicinas compoſitas: ⁊ etiam de ipſis hic determinatur. Jdeo videamus moduꝫ compoſitionis earuꝫ. ℂ Circa hoc tria habent videri. Primũ eſt videre cauſas propter quas eſt medicinarũ compoſitio. Secundum ẽ ꝙ in oĩbus eſt ponere aliquas medicinas pro fundamento in medicinis cõpoſitis quo modo cognoſcemus quid erit baſis ĩ medicinis compoſitis aut fundamentum. Tertiuꝫ eſt videre cauſas ponderum medicinarum. quare quedam in tali pondere ponũtur: ⁊ quedã in tali.

ℂ Primum eſt de preſenti lectione. Prima cauſa quare neceſſe eſt habere medicinaꝫ compoſitaꝫ ex pluribus ſimplicibus eſt ꝙ non erat aliqua medicina ſimplex ſufficiens ad hoc quo indigemus ſcdm galie. in tegni: Si diſcraſia ſit eleuata in decem numeris: oportet ꝙ exhibeatur ei medicina eleuata in deceꝫ numeris in latere oppoſito: ⁊ hoc non eſt reperire. aliquando ĩ ſimplici medicina habente reſpectum ad hoc. ſed vna eſt eleuata in decem numeris ⁊ alia in. xii. ⁊ tunc ex cõmiſtione iſtorum ſit illud quo indigemus: ⁊ hoc eſt medicina ꝯpoſita. Unde ſerapiõ ĩ ſeptimo. capi. ſcdo: dicit ꝙ ſi taleꝫ ſimplicitatẽ haberemus medicina cõpoſita non indigeremus. ℂ Secunda cauſa ẽ morbi compoſitio que indiget medicina ꝯpoſita. vt feb. de materia frigida que ratione materie indiget calidis ratione forme egritudinis formalis indiget frigidis ⁊ humidis. Uel ſi morbus ſit compoſitus ex colera ⁊ flegmate: nulla autẽ ſimplex medicina inuenitur que ſit calida ⁊ frigida humida ⁊ ſicca: ideo indigemus compoſita.

ℂ Tertia cauſa: bene veruꝫ eſt ꝙ morbus ſimplex indiget ſimplici medicina. ſed in ſimplici morbo indigemus medicina compoſita. non quia morbus ſit compoſitus. ſed quia volumus in hoc morbo opera plura facere ⁊ opera contraria: vt in apoſtemate conſumere materiaꝫ fluxaꝫ ⁊ materiaꝫ fluxuraꝫ reſtringere ne fluat in membro debili in quo eſt morbus materialis: indigemus materie conſumptione ⁊ membri debilitati confortatione: quod per ſimpliceꝫ medicinaꝫ non habet ita fieri ſicut per cõpoſitaꝫ. ℂ Quarta cauſa ẽ ꝓpter repreſſioneꝫ mali ſaporis ⁊ acuitatis ipſius medicine: ne ſaporis horribilitas abhominationẽ inducendo nauſeam faciat. ⁊ per hoc contingat eaꝫ vomere anteq̃ꝫ compleat ſuã operationeꝫ. ⁊ de hoc dicit Serapion capi. predicto: ꝙ ꝓpter hoc ꝙ aloe eſt amarũ cũ aromaticis conficitur. ⁊ per hãc cauſaꝫ cuꝫ opio caſtoreum qđ eſt mortificans. vt ſua acuitas. i. excedens frigiditas reprimatur per quaꝫ erat mortificans. Et per hanc viaꝫ iubet Hypo. cõmiſcere cuꝫ elleboro aniſum: ſeniculum ⁊c. vt conſumant ventoſitateꝫ quaꝫ facit ⁊ eleuat elleborus: cõmotionem magnaꝫ faciendo in humoribus. ℂ Quinta cauſa eſt vt ex actione ⁊ paſſione ſimplicium medicinarũ habeatur vna forma cõmunis que cor confortat. ⁊ per hoc valeat ad omnia venenoſa taꝫ calida q̃ꝫ frigida: quod in ſimplici medicina non inuenitur. vnde eſt videre de tyriaca magna: has cauſas ponit Serapion in ſeptimo: capi. ſecũdo. Jlle tamẽ ſunt cauſe due quas ponit auic. libro primo. ℂ Sexta cauſa eſt fortificatio vnius operationis qua indigemꝰ in medicina habente duas operationes debiles: vt in camomilla ſunt due operationes. ſ. conſumere ⁊ confortare: vtrunqꝫ tamen debiliter. Si auteꝫ indigeamus camomilla ad alteraꝫ operationeꝫ faciendã: tunc admiſceamus aliquam ipſam iuuantem: ⁊ ſic in medicina compoſita ſunt aliquando due medicine baſis: aliquando vna tantũ: ⁊ alia ſunt ſuam operationem iuuantia: vt videbitur poſtea. ℂ Septima cauſa eſt quando volumus ꝙ medicina operetur in locis remotis admiſceamus aliquid cum ea quod preſeruet eam ne corrũpatur ⁊ debilitetur in tantuꝫ ꝙ in locis remotis non valeat operari. ⁊ propter hoc ſecunduꝫ auic. libro ſecundo: capi. primo. admiſcetur opium in tyriaca: vt preſeruet medicinas calidas: ne in prima ⁊ ſecũda digeſtiua virtus earuꝫ corrũpatur. ⁊ ꝓpter hoc habetur ratio efficax ꝙ medicina in humorẽ poteſt conuerti. nõ tamen in membris remotis operans. qꝛ ſi ĩ ſanguinem cõuerteret ſua virtus eẽt quaſi amiſſa. ℂ Octaua cã eſt vt medicina penetret ad locum certũ. vnde cum auro ⁊ corallo ⁊ ſimilibus crocũ admiſcemus vt faciat ea ad cor penetrare que de ſe non penetrant: quia groſſa ⁊ terrea ſimiliter cuꝫ camphora. quia ſua frigiditate ſibi impedit viaꝫ. Et ſi obiicis ſicut obiicit auic. ꝙ in morbo calido non debet admiſceri crocus cum ſit calidus. Reſpondet auicenna ꝙ cum venit ad cor a calore cordis comburitur ⁊ in fumum reſoluitur: quo conſumpto alia medicina natura iuuatur. Et ꝙ hoc ſit verum patet per Auicennam dicentem in ſecundo: ꝙ natura aliquando ſeparat ⁊ diſcernit inter duas virtutes medicine: vnam reſpuendo. ⁊ aliam eligendo:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0600-0
DFG

que quidem virtutes ſunt cõpoſite in eadẽ re naturaliter vt camomilla: qđ multo fortiꝰ poterit facere in cõpoſito artificiali. ¶ Nona cauſa eſt: vt medicina que eſt valde diuretica cito penetrans ⁊ tranſiens magis moretur in loco in quo debet operari ne nimis cito tranſeat. ⁊ ideo cum damus reubarbaruȝ ad deopilationem epatis ſimul cum eo admiſcemus raphanum. quia raphanus de ſua proprietate habet mouere humores ad os ſtomaci: propter quod eſt medicina vomica: ⁊ per conſequens medicinam diureticam aliquantulum a ſuo tranſitu retrahit: ita ꝙ fit quidaȝ motus agitatiuus ex tranſitu ⁊ penetratione medicine diuretice ⁊ retractione eius a raphano: propter quod non penetrat ita cito vltra epar: ⁊ ideo ibi remanens melius operatur. ¶ Decima cauſa eſt vt medicina ambigua ad duo opera ſiue ad vnum opus in diuerſis membris determinet̃ ad opus illud in vno membro: ⁊ fit cum ſemine feniculi: aniſi: que ſunt in differentia ad hoc vt deopilent renes aut venas: cum volumus renes aut veſicam deopilare admiſcemus cantarides que ducunt eas ad renes ⁊ veſicam: ſi ad epar ⁊ ad venas admiſcemus aliqđ ad propoſitum valens.

**Notanda** ſunt duo circa medicinas compoſitas. Primum ꝙ oportet ſcire ꝙ medicina compoſita experta eſt melior ꝗ non experta. ⁊ melius cognoſcimus quia medicina compoſita operatur duplici via. vno modo per naturam ſuorum componentium: ſicut diximus auream alexandrinam eſſe calidam ⁊ valere in paſſionibus frigidis a ſuis componentibus. ⁊ hec operatio via rationis poteſt cognoſci ⁊ experimento. alia eſt operatio per ſuam formam reſultantem ex fermẽtatione ſuorum componentiuȝ nobis ignotam que ſola ꝑ experientia cognoſcitur. quando ergo eſt experta medicina cognoſcitur quantũ ad vtrunqȝ: quando non: non niſi quantum ad naturam ſuorum componentium tantum. et ideo aliquando credimus diuerſas medicinas valere ad vnuȝ: quia ſolum ꝑ experientiaȝ ipſa componentia reſpicimus. quaruȝ vna valet ad vnum ⁊ alia non. ¶ Secundũ quod debet ſciri eſt ꝙ in medicina compoſita fiat compoſitio ad vnum de rebus paucis. Unde bonũ eſt componere medicinam ex rebus paucioribus ꝗ poſſumus: quia neſcimus vtruȝ vna aliã corrumpat. Unde ſecundũ auic. in ſecundo. anacardi non debent cõmiſceri cum carne tiri. quia eius operationem corrumpunt. Et hoc eſt intelligenduȝ quando componimus illam medicinaȝ ad vnam intentionem vt dicit. vnde ſi volumus tantum epar infrigidare melius eſt facere ſirupum de ſcolopendria ⁊ endiuia cum aliquibus rebus cõfortantibus ⁊ valde paucis ꝗ apponere multa cauſa predicta. vñ auic. in ſecundo: ⁊ parum medicinarum melius eſt ꝗ pluriũ earum intentione vna. Si enim velles plures operationes facere: vt digerere: aperire: confortare: oportet plura apponere: ſicut ipſe fecit multotiens. Pauciora enim in vna intentione ſunt meliora. in paucioribus enim via magis tuta. ⁊ hec ẽ ſũma de primo.

**Superius vidimus** de nobiliſſima opiata: vt de tyriaca. nunc videamus de alia: vt de aurea alexandrina. Aurea ab auro quod recipit. aut qꝛ eſt precioſa ⁊ excellens in bonitate: ſicut aurũ. Unde eſt probata in multis paſſionibus. Alexandrina ab alexandro qui eam inuenit vel pro quo data fuit. valet ad omne vitiuȝ capitis de frigida cauſa ſolum: quia eſt multum calida. vnde detur ſi materia eſt flegmatica vel melancolica: valet ad reuma capitis ex frigida cauſa: prius tamen digeſta materia reumatica: et vniuerſali euacuatione facta. vnde nunqȝ dȝ dari fortis opiata maxime: neqȝ debilis etiã: vt vaſa enea rubea: ⁊ ſimilia ſine vniuerſali euacuatione: ſi corpus ſit plectoricũ: aut ꝑ farmaciã: aut per flobotomiam: aut per ſcarificationẽ ſecundũ ꝙ melius expedit: quia opiata tria facit. habet enim virtutem conſtrictiuã per opium quod recipit: ⁊ conſtipatiuam ⁊ diſſolutiuam. quia in ea ſunt multa calida: vt per effectum patet. ſi ergo materia eẽt multa faceret quod poſſet. quia non poſſet totam materiam conſumere: ſed illam diſſolueret ⁊ moueret. ⁊ ſic reuma augmentaret: neqȝ debet dari in die ſequenti poſt purgationem vniuerſalem. ſed ſecundo aut tertio poſt flobotomiam poſt farmaciam. tertio valet ad reuma conſtringendum vniuerſali purgatione facta ſi fiant pillule de ea: ponendo tamen plus de maſtice: ⁊ teneantur ille pillule in ore aut ſub lingua. Ille pillule prohibent materie deſcenſum ſi oculi vel gingiue cuȝ fuerit fluxus reumatis ad ea lauantur: bonum eſt: quia prohibent fluxum ⁊ dolorem cum ſit de materia frigida euacuatione precedente. Similiter bonum eſt ad conſumptionem humorum frigidorum vbicũqȝ ſint: ſicut in paſſione capitis: epatis: ſplenis: ſtomaci: pulmonis poſt euacuationem tamen: non enim debet aliqua opiata dari: maxime vt mitridatum: tiriaca magna: aurea alexandrina niſi euacuatione facta iſta recipit multas medicinas de quibus videamus naturam earum.

**Recipit** aſſarum: quod alio noĩe dicit̃ aſſarũ baccarum odorifera ẽ: ⁊ eſt ſicca vſqȝ ad tertium: ⁊ ẽ calida ſua tñ ſiccitas maior eſt ꝗ ſua caliditas. Illa eſt bona que liguã mordicat ⁊ boni odoris eſt: habet vim aperiendi: calefaciẽdi ſubtiliandi: confortandi: abſtergendi. vnde valet in paſſione ſplenis ⁊ epatis: ⁊ maxime in deopilatione ſplenis in digeſtione groſſe materie. vñ fiat ſirupꝰ acetoſus ĩ deopilatõe ſplenis: ⁊ ponat̃ ibi aſſara: baccara ⁊ caparis: ⁊ thamariſcus. ¶ Item valet ſi cum aceto emplaſtretur ſupra ſplenem. item prouocat vrinam. ponitur autem hic in iſta opiata ad conſumptionem materie: ⁊ ad cõfortationem membrorum.

**Carpobalſamum** eſt fructus balſami. Balſamus autem eſt arbor parua que naſcitur vltra mare parua ad quantitatem duorum cubitorum ad plus: vnde proprie non eſt arbor: ſed frutex. alio nomine dicitur oculus ſolis: quia ſol eum videt: quia eſt in locis altis ſupra que ſol ita radiat in tempore caniculari: ſinditur vt ab eo lachryme fluant: ⁊ colligitur ſic: ⁊ dicitur oleum balſami: ⁊ dicitur opobalſamum: ideſt ſuccus balſami vel lachryma. ⁊ quãdo per ſe dicitur abſolute balſamus: pro ſucco intelligitur propter ſui excellentiam. Cognoſcitur autem ſic ſua bonitas: quia ſi ponatur in lacte gutta de illo opobalſamo ⁊ coaguletur vt lac: eſt bonum. ſi non: non eſt bonum. Item ſi petat fundum in aqua poſitum. Item apothecarii ſic experimentantur. ponunt de eo in naribus cum pollice vſqȝ ad coniunctionem naſi cũ ore: ⁊ ſi cito penetret ad cerebrum. eſt bonuȝ: vtimur eo ligno ⁊ eſt xilobalſamũ: ⁊ eius fructu qui eſt carpobalſamũ: ⁊ eius oleo quod dicitur opobalſamum. ¶ Lignum eſt calidum ⁊ ſiccũ: plus adhuc ſemen eius: ⁊ adhuc plus etiam oleum iſtis duobus: habȝ oleuȝ balſami vim aperiendi per ſuam caliditatem: ⁊ ſua proprietate attrahit ſpinas ⁊ tribulos a manibus ⁊ pedibus: ⁊ dicitur a quibuſdam ꝙ valet ad paſſiones oculorum. Illud forte non eſt verum generaliter. ⁊ ideo eſt malum facere de particulari vniuerſale. Ex hoc enim accidit magnum nocumentum: ſicut quidam qui cathapucias in oculo poſuit. quia quidam dixerat ꝙ valebat ad hoc: ⁊ ita oculum amiſit. vnde verum eſt ꝙ valet ad pannum in oculo ſua abſterſione ⁊ apertione: non tamen valet in omnibus paſſionibus eius. lignum eius ⁊ ſemen eius valent aſmati ex flegmatica materia contenta in pectore ipſam conſumẽdo: prouocando vrinam: oleum eius educit fetum mortuũ ⁊ os matricis mundificat. vnde preparat eam ad conceptum ſi ex eo inungantur pedes quartanarii: ⁊ totum corpus preſeruat a tipo ⁊ aufert tipum: ſi inungantur in tipo: preſeruat a venenis et maxime a veneno ſcorpionum. qꝛ illud venenum ẽ frigiduȝ ⁊c.

**Iuſquiamus** eſt herba cuius ſemen eſt cariſillaga: quidam eſt albus: quidam niger. Albus melior eſt frigidus ⁊ ſiccus in fine tertii gradus. Niger in quarto eſt frigidus ⁊ ſiccus: conſtringit ſtupefacit: dormire facit dolorem mitigat ſenſum mortificando. vnde reſtringit fluxum ſanguinis. Item menſtrua reſtringit. ¶ Iteȝ ſi eius folia comedantur dormire facit hominem quaſi ebrium rationem perturbando. per fumos quidẽ ſedant dolorem oculorum cum eo et aqua roſata. ſed non eſt bonuȝ niſi timeamus plus dolorẽ ꝑpter ſui acuitatẽ ⁊ vltimitatẽ ꝗ maliciã morbi. ¶ De gariof. ⁊ cinamomo prius vidimus.

**Opium** eſt ſuccus papaueris. opium aliud thebaicuȝ ⁊ aliud egyptiacum. quorum vtrunqȝ eſt bonũ: aliud quirinacuȝ quod dicitur aſſa fetida: vel laſſar. eſt frigiduȝ in quarto: ⁊ ſiccuȝ in tertio: ſic fit: capita papaueris finduntur in eſtate caniculari tempore: ⁊ per hoc cadit ſuccus ab eo: ⁊ ille ſuccus ponitur ad ſolem ⁊ deſiccatur: ⁊ tunc eſt opium: ſedat tuſſiȝ frigidam a reumate deſcendente ad pectus ſtringendo reuma. ſed caueamus ne demus per ſe. ſed cum caſtoreo. accipiatur paruȝ opiuȝ ⁊ caſtorei ⁊ cinamomi: dragagãti: ȝinȝiberi: mirre. fiant pillule ⁊ teneantur ſub lingua: valent ad reſtringendum reuma deſcendens a capite. valet etiam opiũ paſſionibus ſtomaci ex nimia caliditate. ⁊ cetera patent.

**Mirra** eſt gũma calida ⁊ ſicca in tertio gradu: ſubtilis eſt ſubſtantie: habet virtutem conſumptiuã mundificatiuã ⁊ conſeruatiuã: conſumit ſufficiẽter illud quod diſſoluit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0601-6
DFG

habet etiã vim conglutinatiuã: ſtomacuꝫ debilitatum ⁊ lapſum ex humiditate flegmatica confortat. Item confortat dentes ⁊ cõfirmat ne cadãt. preſeruat enĩ a corruptione ⁊ putrefactione que materia ſi putreſieret caderent dentes: fiat puluis ex ea ⁊ cinamomo cuꝫ aqua ro. aut aqua rubi. aut aqua virge paſtoris. ⁊ ex hoc fiant pillule: ⁊ ex eis fricentur dentes cum neceſſe fuerit: vel accipiatur eiꝰ puluis ſoluꝫ: ⁊ ponatur ĩ vino pontico: ⁊ ex his abluãtur os ⁊ dentes: illud conſumit naturam putridã flegmaticam ĩ pectore. vnde valet ad nimiã humectationẽ pectoris: prouocat vrinam ⁊ menſtrua ⁊ preſeruat a putrefactione. vnde antiqui ſolebant corpora mortuorum inungere ex mirra: vt diutiꝰ poſſent ſeruari. vñ dicit̃ ꝙ xp̃s dñs fuit ex ea vnctus.

**Ciperus** eſt radix herbe ſimilis ſegeti ca. ⁊ ſic. ⁊ ſubtilis ſubẽ. vnde hꝫ vim diureticã apit ſine mordificatiõe ⁊ eſt ſtiptica paꝝ ꝯfert frigiditati veſice ſiue debilitati eius ex frigiditate. iſtud eſt ei ſpeciale. vnde ꝓhibet diſtillationẽ vrine ex debilitate ꝯtentiue virtutis in veſica ex frigiditate. valet etiã in frigiditate matricis.

**Caſſia** duplex eſt. ſ. caſſiafiſtula ⁊ caſſia lignea de caſſia lignea. videamus pãꝰ qd ſit: ipſa eſt cortex arboris. ca. ⁊ ſic. in tertio gradu ⁊ ſubtilis ſubẽ. eſt. n. diuretica ex ſuis q̃litatibꝰ ⁊ ſubã: ꝯfortãs ex ſua aroaticitate: ꝯſumptiua ex ſua ꝯplexione vel q̃litatibus ſuis. Ipſa. n. ventoſitateꝫ repellit ⁊ reſoluit vrinam ꝓuocat ⁊ mẽſtrua: vnde trifera magna cũ puluere eius educit menſtrua ſi detur in ſero in vino in quo fuerit caſſialignea patienti. vrinã ꝓuocat: ⁊ ſm̃ baly ſtomacũ ꝯfortat.

**Corallus** eſt lapis qui inuenitur in littore maris. qdaꝫ eſt albꝰ. ⁊ qdam eſt niger. ⁊ alius eſt rubeus Rubeus eſt melior. ⁊ ideo cũ per ſe ponitur. de rubeo ĩtelligitur frigidus eſt ⁊ ſiccus in ſcđo. ⁊ eſt ſtipticꝰ deſiccat pluſq̃ ĩfrigidet abſtergit ab oculis humiditatẽ ſuperfluã: valet cõtra fluxũ ſanguinis ⁊ ſputum ſanguinis. Accipiatur coralli: dragaganti. ana. ʒ. i. fiat puluis: ⁊ aliquo ſtiptico appoſito: vt ſanguis draconis: ⁊ huiuſmodi. puluis eius cũ camphora valet ad cor: cõfortat gingiuas: habet virtutes occultas. Dicit enĩ galie. ꝙ preſeruat domum ĩ qua eſt a fulgure. ¶ Item curat epilenſiam ſi collo ſuſpẽdatur. ¶ Item auic. ⁊ galie. dicunt ꝙ ſi ſuſpẽdatur ad collũ: ita ꝙ attingat ad ſtomacũ: aufert oẽm dolorẽ ſtomaci. ſed forte mõ nõ eſt ita: ſicut neq̃ peonia mõ hꝫ virtutẽ quã ſolebat habere.

